Flosculus sacramentorum editus a Petro fernandi de Villegas: Archidiacono ecclesie Burgensis.



In quo quicquid ex sacramētis scire clericū oportet breuissime cōtinetur et ab ipso nuper emendatus est et aditus.

1521.

¶ Petrus fernandi de villegas archidiaconus ecclesie Burgeñ. dilectis fratrib⁹ suis presbyteris et alijs clericis sui Burgensis archidiaconatus. Salutem et sinceram in domino charitatem.

Sepe mecum ipse cogitaui fratres mei dilectissimi quid ego vobis potissimuz offerrerem quod mei amoris ad vos esset memoriale: et nostre necessitudinis testaretur officium. Est enim tanta inter nos necessitudo: vt quãcunqꝫ aliam vel carnis vel amoris merito superare credatur. testante Hieronimo qui ad episcopos amicos scribens Jungat inquit epistola quos iunxit sacerdotium: immo carta non diuidat quos xp̄i nectit amor. Cõsueuerũt enim qui se mutuo diligunt nõnullis inter se oblatis muneribus dilectionẽ ipsam testari. nequit enim amor diu occiosus manere. vnde alibi scribit. Probatio dilectionis exhibitio est operis. Et quia hij quos caro ꝛ sanguis cõiunxit officia sua carnalibus inuicem testãtur muneribus nos qui spũ dei ꝛ ecclesiastica dilectione cõiuncti sum⁹: spiritualib⁹ par erit ꝯsolationib⁹ munerari. nec quicqꝫ aliud vobis iocundius offerri posse existimo (vt palam viua voce in visitationibus quas annuatim conferimus sepe testati estis) quam breue aliquod compendiolũ quod magis quotidiana ꝛ necessaria exrebus sacramentorum (tanquam flosculos depcertos) contineret. Scripserũt autem de re ipsa plures sapientes viri ꝛ docte quidem atqꝫ vberrime. Nouissime autem Antonius florentinus antistes (vir quidem sanctissimus) qui doctrinã ꝛ sanctitate secula nostra ornauit. Guido pretterea de mõte rotherij qui manipuluz edidit curatorũ. Clemens sancij de vercial hyspanus archidiacon⁹ de valderas in ecclesia Legioñ. qui sacramẽtale li-

brum hyspana lingua cõposuisse dicitur. Alter Item qui manuale breuius copilasse satis vtiliter fertur. Nicolaus de plone decretorũ doctor qui tractatum sacerdotalẽ de sacramẽtis ꝛ diuinis officijs edidit. Sed dum hij omnes pro sapientia sua omnia completi conãtur: minus ex eis nostre memorie constat retineri. Quoniam pro ignauia ac secordia (quibus tẽpora nostra corrupta sunt) dum plura nobis spiritualia proponũtur: minus recipi cõtingit. Cogitaui itaq3 pauca (ꝛ ea quidẽ pernecessaria: ꝛ q̃ quottidie in ore ꝛ manu versantur) vobis decerpere: quo magis illa pro sua breuitate amplectamini. quia iusta Gregorium in omelia. Cibaria q̃ minus sufficiũt auidius sumumtur. Et quia flosculi sunt (vt predixi) ex rebus sacramentorum: flosculus sacramentorum hic libellus nominetur: nisi vos aliter censeatis. Valete ꝛ mei memores in diuinis rebus semper estote.

P Remittamus igitur ꝙ sacerdotes populi xp̃iani doctores sunt ꝛ preceptores. dicente dño. Vos estis sal terre. idcirco in eis ignorãtia turpissima: est: ꝛ peccatum mortale si ignorãt facere officiũ suũ. qm̃ ars artium est regimen animarũ. Qua propter talis ignorãtia est ab hijs summo cõatu fugiẽda. Quia vt est textus in capitulo. Ignorantia. xxxviij. di. Ignorãtia inquit mater cunctorũ errorũ: maxime in sacerdotibus vitanda est: qui docendi officiu3 in dei populo susceperunt. Ide3 in capitulo. Sit rector. xliij. di. Et in multis locis. De sacerdotum autem ignorantia ꝙ̃ sit periculosa ꝛ damnabilis possent dici plura que tamen non pertinent ad breuitatem quam intendimus.

I Gitur cũ sint dotores catholice fidei scire debẽt. Primo ꝙ fundamẽtũ xp̃iane religionis est fides dicẽte apostolo ad hebreos. xj. Sine fide impossibile est deo placere. Est eni3 fides inter virtutes sicut mater inter filias. vel sicut trũcus inter frondes. Idcirco dolicapax ad baptismũ accdens

pꝛimo docēdus eſt de fide: ⁊ cathezizādus. ideſt inſtruēdus de articulis fidey: ⁊ ſciat oꝛationē dominicā: ⁊ ſalutationem angelicā: ⁊ ſymbolū ſaltē apoſtoloꝛū. i. Credo in deū. Chriſtianus autē a chꝛiſto dicitur: ⁊ ſignificat diſcipulū manſuetum: quia agnus chꝛiſti. nomen fuit repertum antiochie.

¶ Quotuplex eſt fides.

Fides autē multipliciter dicitur. vno modo fides ideſt baptiſmus. vel fides matrimonij. Itez fides ideſt pꝛomiſſium partiū. Item de hijs que nō videmus eſt fides. Itē fides. i. equitas. Unde dicitur cōtractus bone fidei. Sed in noſtro pꝛopoſito fides dicitur quod cōtinetur in articulis fidei. Articulus autem paruum membꝛum ſeu parua particula eſt: quia ex hijs partibus conſtituitur fides.

¶ Quid eſt fides.

Fides autem ſecūdum Auguſtinū eſt credere quod nō vides. Hec diffinitio eſt nimis lata. Ideo melius per apoſtolum. Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum ⁊ argumentum non apparentium.

¶ Quod fides continetur in ſymbolis

COntinētur aūt fides ⁊ articuli fidei in ſymbolis. Que quidem ſymbola ſunt tria. Pꝛimū apoſtoloꝛū. Secundum nicenū. Tertiū athanaſij. Pꝛimū cōtinet articulos implicite. Secūdum explicite. Tertium autē magis explicite ⁊ aperte: vt ſcire tenentur clerici ⁊ docere cum opus eſt.

¶ Articuli fidei.

SUnt aūt articuli fidei quatuoꝛdeciz. Septē ptinēt ad diuinitatē: ⁊ ſeptē ad humanitatē xp̄i. de quo ſunt verſiculi. Articulos ſeptē deitatis credere debes. Articulus pꝛimus docet q ſit deus vnus. In patrēq ſequens dicit q credere debes. Tertius te cogit in natū credere xp̄m. Quartus te cogit in ſanctū credere neuma. Credimus in quinto deitatē cuncta creaſſe. Sextus ait crede q dn̄s peccata remit-

tet. Omnes surgemus: septimus dicit aperte. Versiculi autem de septem pertinētibus ad humanitatem xpi. sunt. Cōceptus. natus. passus. descendit ad ima.. Surgit ꝛ ascendit: venietqꝫ discernere cūcta. Et hec de fide ꝛ articulis eius breuiter sufficiant. Qui auteꝫ de hijs articulis plenius vult instrui: legat manipulum curatorū in tertia parte principali ad principium: ibi late ponit de his: et quomodo et contra quos fuerūt declariti in simbolis. Niceni et Athanasij. Ponit etiam sacramentale: ad quos remitto: quia hic non posset breuiter dici: cum maxime breuitati studeamus.

¶ De sacramentis in genere.

Sacramentum est sacre rei signuꝫ. vel scdm Augustinū Inuisibilis gratie: visibilis forma. Sunt autem sacramenta septeꝫ: quia septiffoꝛmis est gratia dei. Utilitates autem sacamentoꝛum sunt hec. Nam batismus lauat. Cōfirmatio coꝛroboꝛat. Eucharistia incoꝛpoꝛat. Penitentia purgat vel iustificat. Unctio disponit. Oꝛdo docet ꝛ illuminat: Matrimonium deffendit. Et in omnibus his cōfertur gratia. De numero autem sacramētoꝛū sunt versiculi. Abluo. firmo. cibo. piget. vngit. oꝛdinat vxoꝛ. Quia Joannes vidit libꝛū signatū sigillis septem. ¶ Requiruntur autem tria in quo libet sacramento: scilicet. Materia. foꝛma. et intentio. Et si aliquod hoꝛum deficeret non esset sacramentum.

Duo sacramēta fuerūt instituta ante aduētū chꝛisti: scilicet. Matrimoniū ꝛ penitētia. Sed tunc neqꝫ erāt sacramenta: neqꝫ cōferebant gratiā. Per ipsum autē chꝛistū fuerūt cōfirmata seu pꝛomulgata: et alia sacramēta instituta. Solet queri per quos actus instituit quod libet sacramētoꝛū. Dicendū ꝙ penitēciā instituit cū circuibat per castella dicēs. Penitētiā agite. matrimoniū cū interfuit nuptijs in Chana galilee. Alia sacramēta scilicet batismū: cū baptizatus est a Joāne. vel cū dixit discipulis. Baptizate omnes

gentes &c. Confirmationē cum dixit. Sinite paruulos venire ad me: et ponebat manus super eos. Unctionē cū misit discipulos visitare infirmos. quos vngerēt oleo. In nomine patris &c. Ordinē cum dixit discipulis de sacramēto corporis & sanguinis sui. Hoc facite in meam cōmemorationē. Et cum dedit eis potestatem ligandi atqꝫ soluendi: dicens. Quorum remiseritis peccata &c. Eucharistiā in cena cum consecrauit corpus & sanguinē suum &c. ¶ Duo sacramēta sunt voluntaria. s. Ordo et matrimoniū. Et alia necessaria que nullomodo possunt dimitti sine peccato mortali: saltē si ex contemptu dimittuntur.

Ex istis autē sacramētis: quattuor possunt iterari. & tria non. versus de hoc. Ordo. fons. chrisma nō: cetera sunt iterāda. Quare illa possunt iterari: et ista non. Ratio est qꝛ in illis trib⁹ imprimitur caracther: et qꝛ imprimitur in anima semper manet. Est eniꝫ quid indelebile. alia in quib⁹ nō imprimit̄: iterātur. Quare aūt in illis imprimit̄ caracther: & in istis non. Ratio est qꝛ in illis est virtus simultanea et in vno actu perfecte adquirit̄. faciūt eniꝫ sacramēta diuersas operationes in vita spūali ad similitudinē vite corporalis. Non eniꝫ homo generatur nisi semel: nec baptizatur: qꝛ est generatio spiritualis & semel peruenit ad annos discretiōis vel roboris. & ita semel ordinatur vel cōfirmatur &c. Per cōtrarium autē sepe indiget cibo: et sepe purgatione: qꝫ faciūt in vita spirituali eucharistia et penitentia. et sic de alijs.

¶ Est autē caracther verbū grecū. latine dicitur signum: & est caracther spirituale signū fidei anime impressum distinguens a non taliter consignatis secundum statum fidei.

¶ Consistit autem virtus et efficatia sacramentorū in duobus: scilicet in auferendo culpam et conferendo gratiam.

¶ Correspōdent autē septē sacramēta septē virtutibus. Baptismus fidei. Unctio spei. Eucharistia charitati. Cōfirma

tio fortitudini. Penitentia iustitie. Ordo prudentie. Matrimonium temperantie. et hec de sacramentis in genere.

¶ De sacramentis in specie: et primo de baptismo.

Ad spēm aūt et ad singula sacramēta deueniēdo premittamus etiaz qꝫ tria sacramēta sunt magis quotidiana sacerdotibus: et circa q̄ debēt esse magis instructi. s. Baptismus. Penitētia et eucharistia. Naz cōfirmationis et ordinis nō sunt ministri: sed solus episcopus. De vnctione aūt et matrimonio practica est in missali vel manuali ad quā remitto. Et etiā de hijs q̄ttuor sacramētis aliqua dicemꝰ lz breuius.

¶ Quid est baptismus.

Baptismus est ablutio corporalis exterius facta sub forma verborū q̄ intus animā sanctificat vel abluit a peccato. Unde dicitur. Dicit autē baptismus a baptizo. as. idē est qd̄ abluo. is. vel lauo. as. Requirūtur autē in hoc sacramēto. Materia. forma. et intētio: et de vnoquoqꝫ dicamꝰ.

¶ De materia.

Materia baptismi est aqua elemētalis non rosacea: vel aliqua alia artificialis: nō spissa ex luto vel brodio vel aliqua alia spissitudine: vel materia admixta: q̄ immutaret naturā aque et eius qualitatē. s. fluere et lauare. Posset tamē fieri in lixiuio vel niue liquefacta: et alia aqua huiusmodi in casu necessitatis. An puer qui credit moriturus debeat mitti in puteo: cū alias aqua nō posset haberi. dicendū qꝫ nō: qr est sacramentum vite. nō debet dare cam mortis. Itez nō est de substātia qꝫ aqua sit sanctificata. Meliꝰ tm̄ est seruare cōsuetudinem ecclesie: et aquam benedicere. Et qui aliter facit sine necessitate peccat.

¶ De forma.

Forma autē baptismi sunt verba. s. Ego te baptizo in noīe patris: et filij: et spūs sancti. Amē. Greci aliter dicunt. s. baptizetur seruus xp̄i. etc̄. Sed cōuenietior forma est nostra vt probāt doctores. Illud pronomē ego si omittatur.

non nocet:tamē peccaret omitens.idem de dictione.Amē.
Si aliquid aliud dimittatur nō est baptismus.idez si trans=
mutētur verba cū corruptione sentētie.Secus si sine corru
ptione.si propter ignorantiā corrūpātur verba esset baptis=
mus si hz intencionē ecclesie.Uerba illa debent dici simul ꝛ
sine interuallo.Nec dicat vos qui baptizat:sz te: nec nos:
sz ego.nec addātur aliq̄ alia verba.si tñ fiat sine corruptione
sentētie dictorū verborū:esset baptismuꝰ:lz peccaret addēs.

¶ De intentione.

Intētio requiritur in ministro baptismi.s.ꝙ intēdat fa=
cere quod facit ecclesia:ꝛ baptizare eo modo quo eccle=
sia babtizat.aliter nō esset sacramētuz.Idem etiam requiri
tur ex parte baptizandi vel baptizati si est adultus:scilicet ꝙ
intēdat baptizari:ꝛ debet respōdere ꝑ seipsum.Uel si est in=
fans:baptizatur in fide ecclesie vel patrinorū:qui noīe illius
profitētur intētionē rescipiēdi baptismū in forma ecclesie.

¶ De exorzismo ꝛ cathezismo.

Precedere autē debent baptismū exorzismus ꝛ cathe=
zismus:quia sunt de solēnitate ecclesie. Est autem ca=
thezismus instructio:exorzimus adiuratio.forma vtriusqz
habetur in missali.Si puer est baptizatus an debeat ei fieri
cathezismus ꝛ exorzismus.Dicēdū ꝙ melius est facere quā
omittere.Nā magis d̄bilitanꝭ vires diaboli ꝯtra baptizatū.
¶ Requiritur aliud de essentia huius sacramenti: scilicet
ꝙ simul cum verbis tangatur aqua : aliter nihil fieret. Et
melius est ꝙ infundat aquam: cum dicit illud verbum bap
tizo.nam verba debent consonare rebus.

Septem conferūtur in baptismo per que alia septē do=
na prestantur.Primuz per sal datur sapiētia.Per spu
tum ꝛ apertionē datur intellectus ꝛ consiliuz.Per crisma
in fronte fortitudo.Per oleum pietas.Per aquam regene
ratio.Per crucem in fronte ꝛ ore fidei cōfesio.Per lucernā

datur spūs sciētie ⁊ timoris. Et nota ꝙ in omnibus hijs contrahitur cōpaternitas. Ite notādum ꝙ nō soluȝ baptismus cōfert predicta: sed oēs virtutes theologicas ⁊ morales.

Minister huius sacramenti est quicunqȝ tempore necessitatis. infidelis vel femina: dum tamen habeat intentionem ecclesie. alias autem solus sacerdos licet antiquitus etiam diachonus baptizabat: sed non est in vsa.

Patrini debent interuenire in hoc sacramēto: qꝛ est regeneratio: ⁊ possunt esse plures: non tamē monachus aut monialis: aut nō baptizatus ⁊ confirmatus: neqȝ vir ⁊ vxor. De practica huius sacramēti remitto ad missale ⁊ manuale. Baptismus est triplex: scilicet fluminis. flaminis. sanguinis. idest materialis spiritus sancti ⁊ martirij.

Dubia circa hoc sacramētū sunt plurima: sed dicemus aliqua magis contingentia. Si vnus posset baptizare plures infundendo aquā ⁊ dicendo. Ego vos baptizo. dicēdum ꝙ posset: qꝛ dicēdo vos de quolibet intelligitur pronomen te. Sed nō debet fieri. Immo debet vniquiqȝ aquā infundere: ⁊ dicere verba formalia vt prediximus. Si plures possent batizare vnū. videretur dicendū ꝙ non quia est regeneratio spiritualis: ⁊ vnus debet esse pater ⁊ non plures. Sed sanctus Thomas dicit ꝙ potest: dū tamen vnusquisqȝ diceret. Ego te baptizo: ⁊ non nos te baptizamus. Stultus vel dormiens possunt baptizari: vel nō possunt: scd̄m precedentem voluntatē ante stulticiā vel somnum aut ebrietatē: vel si laborāt per interualla possunt tēpore sanitatis. Sed si natus esset stultus ⁊ iam adultus est. Dicēdū est de talibus ꝙ est idē quod de paruulis: quia debent baptizari in fide parētū. Si aliquis nascatur partim homo ⁊ partiȝ bestia: attēdi debet ad quod magis accedit: vt scd̄ȝ illud baptizetur vel non. Si nascatur monstruū cuȝ membris duplicatis: vnus homo intelligitur ⁊ semel baptizatur: nisi haberet duo capi

ta ꝛ duo pectoꝛa: quia tunt debet baptizari vnũ caput ꝛ po=
stea aliud. si sit dubiũ vbicũqꝫ de iteratione baptismi debet
baptizari sub cõdictione. s. si tu es baptizatus: ego non te re
baptizo: ꝛ si non es baptizatus: ego te baptizo. ꝛc̃. Si appa
ret aliqđ mẽbꝛum infantis existentis in vtero matris. quod
cunqꝫ sit baptizatur: scđꝫ securioꝛem opinionẽ. Et si postea
nascatur baptizetur sub cõditiõe vt dixi. Baptizat⁹ per vim
absolutã: vt si sit ligatus vel alias violẽter tentus nihil reci=
pit: sed ꝑ vim cõditionalẽ. s. cũ minis vel pꝛomissionibuꝫ aut
timoꝛe sic baptizatus est. Nullo modo debet dari pꝛeciũ pꝛo
hoc sacramẽto nolẽti aliter baptizare: quia non sunt faciẽda
mala: vt veniant bona. Baptism⁹ debet fieri regulariter in
ecclsia ꝛ nõ alibi: nisi ex causa necessitatiꝫ. Mutus ꝛ mãcus
nõ posunt baptizari simul. Si timeat sacerdos moꝛtẽ pue=
ri nõ fugiat inimicos ante baptismuꝫ. Cum oleo ꝛ crismate
antiquo nõ fiat baptism⁹. Omni tẽpoꝛe datur hoc sacramẽ
tum licet antiquitus nõ sic fieret. Si mulier pꝛegnans mo=
riatur: debet scindi ꝛ extrahi infanꝫ qui viuere creditur ꝛ ba
ptizari. Si tamen moꝛtuus extrahitur non debet sepeliri in
ciminterio. Et hec sufficiant de sacramento baptismi.

¶ De sacramento penitentie.

EST autem penitentia: pꝛeterita mala plangere: ꝛ plan
genda iterum nõ committere. Dicitur autem a pena
ꝛ teneo. es. idest penam tenens.

¶ Quotuplex est penitentia.

PEnitentia est triplex: scilicet penitẽtia solemnis: quia
solemniter fiebat: ꝛ iam non est in vsu. Et est peniten=
tia publica: quia pꝛopter publica peccata infertur. Et est pe
nitentia secreta ꝛ sacramentalis de qua est pꝛopositum.

¶ Partes penitentie.

ISta igitur habet tres partes pꝛincipales ꝛ integrales:
scilicet coꝛdis cõtrictio. oꝛis confessio. operis satisfactio

Offendimus autẽ deum hijs tribus modis. scilicet. Corde ore ꝛ opere. Et per hec tria oportet penitere. De primo psalmista. Cor contritum ꝛ humiliatum non despicies. De secundo idem psalmista. Dixi confitebor aduersum me iniusticias meas domino. De tertio in eodem psalmista. Tunc acceptabis sacrificium iusticie oblationes et holocausta.

¶ De contritione.

Contritio est dolor volũtarius pro peccato assumptus. cum proposito confitẽdi et satisfaciẽdi. Et dicitur a cõ quod est simul: ꝛ tero. is. ui. Unde Joel propheta. Scindite corda vestra. Conteritur autem cor peccatoris a duplici mola. scilicet superiori et inferiori: hoc est a celo et inferno.

¶ De attritione.

Est etiã attritio q̃ differt a ꝯtritiõne tanq̃ impfectũ a pfecto. Uñ attritio est dolor impfectus de peccatis. Sed notãduꝫ q̄ in eo q̇ facit qđ in se est: ꝛ aufert causas ꝛ occasiones pctoꝝ habẽs propositũ nõ redeũdi ad peccata: iste in cõfessiõe ex attritio fit cõtritus. Per solã cõtritionẽ si pura ꝛ vera est dimittũtur pcta. Uñ psalmista vt prediximus dicebat Dixi cõfitebor aduersuꝫ me iniustitias meas dño: ꝛ tu remisisti. ꝛc̃. Glosa. Dixi. i. proposui. Sed restat de necessitate cõfiteri et satisfacere.

¶ De confessione.

Confessio est legittima corã deo ꝛ sacerdote cum spe venie peccatorũ declaratio scđm Raynal. vel scđm Augustinũ. Confessio est per quã morbus latẽs cum spe venie aperitur. Dicitur autem confessio a con. qđ est simul. et for faris quasi simul fassio. i. integra locutio.

Quãdo fuit instituta confessio. Distinguẽdum quia cõfessio est duplex. s. mẽtalis ꝛ vocalis. Mẽtalis cõfessio semper fuit necessaria: quia procedit a dictamine rationis. quãdocũqꝫ enim quis offendit deuꝫ. dictauit ratio q̄ nõ debuit offendere creatorẽ suũ: et debuit dolere de offensa: ꝛ sal

tem mente recognoscere peccatū suū: et ab eo misericordiaꝫ
humiliter petere. Vocalis autē cōfessio etiam est duplex: qꝛ
aut fit deo aut homini. Illa aūt q̄ fit deo: semper etiam fuit
de necessitate salutis. Et hec cōfessio requirebatur in adaꝫ
post lapsum Geñ. iij. quādo fuit ei dictuꝫ. Adam vbi es. Di
cit ibi glosa. Non sunt verba ignorantis: sed increpantis: et
ad confessionē cogentis. Idem etiaꝫ de Caym interrogato
de fratre. Confessio que fit homini: fuit instituta a xp̄o. Lu
ce. xvij. Quādo dixit leprosis. Ite ostēdite vos sacerdotibus.
Et quando dixit discipulis. Quorū remiseritis peccata. ꝛc.
Postea fuit promulgata Jacobo apostolo dicente. Confite
mini alterutrum peccata vestra. Postea etiā ecclesia deter
minauit tempus per. c. omnis vtriusqꝫ sextus. Ad confessio
nem omnes tenētur post annos discretionis. Etiaꝫ sanctis=
simi viri qui non habēt peccatū mortale: qꝛ de venialibus li
cet nō sit necessaria confessio: indubio melius est confiteri ꝛ
maxime in assuetis. Sine venialibus enim nemo esse post.

¶ Cui debet fieri confessio.

Confiteri autē tenetur quis proprio sacerdoti: etiam si
pecatum ipse alias sciat. quia non dicitur scire vt deus
prout est in cōfessione. Si tamē proprius sacerdos est igno
rans vel ex alia causa legittima potest ab eo petere licenciā
vt ali confiteatur. Vel si mulier peccauit cum curato suo: qꝛ
non debet ei confiteri. ꝛc. Huiusmodi. Et notandum est ꝙ
sacerdos vbiqꝫ potest suum parrochianum absoluere.

¶ Conditiones requesite.

Confessio debet abere. xvj. Conditiones que his versi=
bus continētur. Sit simplex. humilis. confessio pura
fidelis. Atqꝫ frequēs. nuda discreta. libens. verecūdia. Inte
gra. secreta. lachrymabilis. accellerata. fortis ꝛ acusans. et
sit parere parata. Simplex. idest. sine. plica. humilis vt cōfe
sio publicani. Pura idest. propter deuꝫ et sine fictione. fide

⁊ propter fidem. Frequens saltem tempore estatuo: sed melius esset si sepius fieret. Nuda non pernũciũ vel epistolam vel paliando. Discreta. i. ordinata. Libẽs. i. volũtaria ⁊ non coacta. Verecũda: quia qui erubescit dignus est venia. Integra nihil dimittendo. Secreta ex parte vtriusqꝫ. s. cõfitentis ⁊ audiẽtis. Lachrymabilis: quia lachryme lauant delicta: vt dicit Criso. Accelerata. i. non crastinando. Fortis. in penitendo ⁊ satisfaciendo. Accusatoria: quia ex propria malicia. Et parere parata. alias nihil esset sine obedientia confessoris. Unde debet se libere eius iudicio committere.

¶ Quando debet iterari.

SEd quia inter alias cõdictiones diximus ꝙ sit integra. Notãdum ꝙ propter quattuor causas debet confessio iterari. Primo si nõ fuit integra: quia aliquod peccatũ sciẽter dimisit. Unde cõfessio dicitur a cõ. quod est simul: vt prediximus. Secunda si non fuit confessus proprio sacerdoti. Tertia si scienter quesiuit sacerdotem ignoranten ⁊ idiotã. Quarta si non adimpleuit penitentiam iniunctam.

¶ De circunstantijs peccatorum.

DE quibus debet esse confessio. Dicendũ ꝙ de peccatis mortalibus: de venialibus autẽ nõ est necesse: sed laudabile est maxime in assuetis vt dixi. Itẽ debet cõfiteri circũstantias peccatorũ q̃ aggrauãt: vel faciũt trãsire in aliã speciem. Circũstãtie sunt q̃ continẽtur in hijs versibus. Quis. quid. vbi. per. quos. quociens. cur. quomodo. quãdo. Quilibet attendat anime medicamina dando. Ex circũstãtijs autem quedam sunt que alleuiãt peccata: vt percutere lacessitus. Vel qui furatur ex necessitate: ⁊ iste non debẽt cõfiteri. Quedã alie circũstantie sunt q̃ aggrauãt peccata: vt adulterari tẽpore sacro. vel si peccatũ est publicũ: ⁊ iste debẽt oĩno confiteri secõm veriorẽ opinionẽ. Quedaꝫ sunt que faciunt transire in aliaꝫ speciẽ: ⁊ iste sine dubio secũdum omnes de

necesitate sunt cõfitēde: vt cognoscere alienā mulierē est fornicatio. Addatur circūstātia quis. s. cõiugata: et est adulteriū vel virgo: et est stuprū. etc. Item furari addatur circūstantia vbi. s. in ecclesia: et est sacrilegiū vel percutere clericum. etc.

Confessio vt diximus erit de peccato. quid igitur peccatū sit? Dicēdū q peccatū est duplex. s. mortale et veniale. peccatū mortale est factū dictuz aut cõcupitū contra legē dei. Veniale est q nõ est cõtra charitatē dei aut proximi nõ enim est veniale cõtra charitatē. sed contra feruorē charitatis. vel veniale est q ex se hz vnde veniaz cõsequatur. Et dr veniale qr venia dignū. Mortale aūt quia dignū morte. s. eterna. Ita dicit aplus. Quia qui talia agūt digni sunt morte De originali peccato nõ est penitētia neqz satisfactio qr redēptor noster pro eo satisfecit. Et vt de veniali etiā breuitur expediamus: de illo nõ est necessaria cõfessio vt prediximus. Bonū erit tñ si fiat: sz talia peccata sine cõfessione pluribus modis remittūtur. s. per orationē dñicam. per aquā benedictā. per cõfessionē generalē. per benedictionē episcopalē. per tūsionē pectoris. et scdm aliquos per ingressum ecclesie. Item per elemosinā atqz per deuotam comunionē: et etiam per extremā vnctionē. Itaqz de veniali et originali hoc sufficit.

Peccatū igitur mortale est septuplex. Septē enim sunt peccata mortalia q intelligūtur per hãc dictionē. Saligia. vñ est versus. Dat septē vicia hec tibi dictio saligia. Habet eniz hec dictio septē litteras: per quas singula intelligūtur vel incipiūt noia peccatorū. Per. s. Superbia. Per. a. Auaricia per. l. Luxuria. per. i. Ira. per. g. Gula. per scdm. i. Inuidia. per scdm. a. Accidia. Ad hec septem reducūtur omnia alia peccata quecūqz esse possunt. Unum quodqz autē horum peccatorum habet diuersas species: et etiam habet filias. Dicemus de singulis: et primo de superbia.

¶ Superbia.

Est aūt superbia inordinatus appetitus proprie excellētie vel honoris. Habet aūt quattuor species. Prima est quādo superbus reputat de se ꝙ sit bonus. et vult honorari de bonis que nō habet: sed fingit se habere. Secūda species est: si habꝫ aliqua bona: sed reputat illa habere a seipso ⁊ nō a deo. De quo psalmista. Labia nr̄a a nobis sunt. Tertia species est quādo reputat habere a deo: sed tamē propter merita sua. Quarta si propter aliqua bona q̄ habet: scilicet scientiā vel nobilitatē aut diuitas vult preferri alijs vltra debitū.

¶ Filie superbie. Habet superbia septē filias: que sunt. Presumptio. Jactātia. Contencio. Discordia. Pertinatia. Jn obedientia. Ypocrisis. Jtem est temeraria iudicatio.

Presumptio est que vult alios precedere et paribus vel maioribus preferri. Et dicitur a pre. et sumo. is. q2 magis sumit vel accipit de honore ꝙ̄ sibi debeatur. Jactātia ꝑ verba extollitur. et dicitur a iacto. as. cū quis seipsuꝫ laudat vel dicit aliqua per que magis honoretur. Contentio est impugnatio veritatis vt singularis habeatur: vel alios velle superare in opinione sua: et dicitur a cō. qꝺ est simul ⁊ tendo. is. quia simul tēdunt in mutua impugnatiōe. Discordia est diuersitas cordis ⁊ voluntatis. est enim non concordare cū alijs vt excelentior habeatur. Pertinatia est cū proprie opinioni inordinate innititur nolēs cedere veritati vel maiorū cōsilio: vt sapiētior habeatur. ⁊ dicitur a per. ⁊ teneo es. quasi perfecte ⁊ dure tenēs opinionē. Jnobediētia est cōtēptus mādatoruꝫ superioris cui obedire tenebatur. Ypocrisis est aliud exterius ostēdere ꝙ̄ intus habeatur. q2 Ypocrite ostēdunt bonitatē vt honorentur. intrinsecus autē sunt lupi rapaces. dicitur aūt ypocrisis ab hiper. qꝺ est super. et chrisos qꝺ est aurū: quasi desuper auruꝫ. vel etiā ab hipo qꝺ est sub quasi aliud sub auro secūdū catholiconē. Temeraria iudicatio est vsurpare iudiciū dei qui solus iudicat corda ⁊ mentes

hominum. Superbus autem hoc etiam presumit.

¶ Auaricia.

AUaricia est inordinatus appetitus habendi diuitias. est autez auaricia duplex. vna in custodiēdo immoderate bona propria. Secūda in appetendo vel detinendo aliena. Habet septem filias. s. fraus. fallacia. Periurium. Inquietudo mentis. Simonia. Usura. furtum. Rapina.

¶ filie auaricie.

FRaus est dolus ⁊ deceptio in rebus: ⁊ dicitur a fraudo as. fallacia est in verbis. ⁊ dicitur a fallo. is. Periuriū est verbū contra mentē prolatū cum iuramēto. Inquietudo mētis est nimia solicitudo adquirēdi: q2 nunꝙ quiescit. Simonia est dare tēporale pro spūali. et dicitur a Simone mago. Usura est aliquid vltra sortē accipere immutuo. furtū est cōtractatio rei aliene inuicto dño. et est absente vel ignorāte domino. Rapina est per vim ⁊ presente dño: vel sciēte. et dicitur a rapio. is.

¶ Luxuria.

EST autē luxuria appetit⁹ inordinatus ad delectationē carnis ⁊ venerorūz. et habet sex species. scilicet. fornicatio. Adulteriū. Incestus: quod est cū consanguinea. Stuprū cum virgine. Sacrilegiū cum moniali. Peccatū cōtra naturā. et ista est triplex. scz. Molicies. Sodomia: ⁊ bestialitas. Habet aūt luxuria septē filias. Sūt. Delectatio morosa Cecitas mētis. Precipitatio. Incōsideratio. Inconstantia. Amor sui ⁊ vite presentis. Odiū dei.

¶ filie luxurie.

DElectatio morosa est in mēte: cū cogitat cū delectatione actus carnales quos cōmisit: vel cōmittere intēdit et in hoc delectatur ⁊ incēditur cū cōsensu rationis. Cecitas mētis est de qua psalmista. Supercecidit ignis. s. cōcupiscētie super eos ⁊ nō viderūt solē. et est cū mens a passione ⁊ delectatione obscecatur: superatur ⁊ captiuat̄. et remanet priuata spirituali visione. Precipitatio est cuz propter delecta

tionē impeditur consiliuꝫ: et fertur in venerē sine respectu presentis vel futuri periculi. Incōsideratio est quādo supmi tur ratio ⁊ per delectationē impeditur iudiciū: ⁊ sciēter vult malū eligere. Inconstantia est que rumpit boni propositū. Vel dic clarius scdm Thomā ⁊ florētinuꝫ. ꝙ ista tria: scilicet: precipitatio: inconsideratio: ⁊ inconstantia sic differūt: ꝙ precipitatio impedit consilium. Inconsideratio impedit iudicium qđ ex consilio elicitur. Inconstantia impedit executionem. Unde salustius. Ante ꝙ̄ agrediare consulto: vbi autem cōsulueris mature: scilicet determinādo iudicium: facto opus est: scilicet per executionē. Itaqꝫ precitatio est cō tra primū: scilicet consulere. Incōsideratio est cōtra secūdū: scilicet iudicium ⁊ cognitionē boni. Inconstātia est contra tertium: scilicet exequi. Amor sui ⁊ vite presentis facit ꝙ nō vult carere hac delectatione: q̄r vult sibi placere plus ꝙ̄ deo: et magis diligit presentē vitam ꝙ̄ eternā. Ideo in euāgelio. Qui amat animā suam: perdet eam. Qui amat: scilicet secū dum sensualitatē: ponens finē suū inseipso: ⁊ in vita presenti. Odiū dei ex hoc procedit: q̄r diligens mūdū ⁊ seipsum: habet deū odio: ⁊ nollet esse deū punitorē malorū: neqꝫ eius doctrinā euāgelicā. De quibus salmista cū hijs qui dicunt domino deo. Recede a nobis sciētiā viarū tuarū nolumus.

¶ Inuidia.

INuidia est tristicia de bono proximi. Et est duplex: scilicet tristicia in prosperis: ⁊ guadiuꝫ in aduersis: quod est proprie cōtra charitatē. cuius est flere cum flentibus: ⁊ gaudere cum gaudētibus. Habet autem inuidia quinqꝫ filias: scilicet. Odiū. Dectractio. Murmuratio. Susurratio. Derisio. Odiū est velle malū alicui: ⁊ eū inimicū habere. Murmuratio est publice opera proximi sinistre interpretari: ⁊ de eo male loqui. Et dicitur a murmure quod est sonitus. Nā publice ⁊ cū sonitu de proximo male loquitur. Susurratio

est secrete & occulte idem facere. scilicet mordere vel corrodere famã & opera proximi per verba manliuola sigillatim & quasi ad aures aliorum. Et dicitur a subtus vel sub. Detractio est diminuere bona opera & merita alioruz attenuare. Nã dictio de in compositione diminuit & remouet. vel dicitur detrahere. idest deorsum trahere. Derisio est vilipẽsio dictoruz vel factorũ alicuius cuz ludibrio & risu. Et dicitur a rideo es. & dictione de quasi de eo ridens. ¶ Gula.

GUla est inordinatus appetitus cibi & potus contra regulã rationis. Est autez quadruplex. scilicet quia preuenit vel exquirit. vel excedit: vel precipitat: seu currit cuz ardore et delectatione. Habet eniz gula septem filias. scilicet. Scurrilitas. Inepta leticia. Ebrietas. Insensualitas. Ebetudo mẽtis. Loquacitas. Jmmunditia. ¶ Filie gule.

SCurrilitas est officiũ ioculatoris vel mimi. Dicuntur isti tales scuriles: quia excurrunt per domos. Et est quando quis facit actus inordinatos & iocularios. Inepta letia est cum in preparatione & frequentatione conuiuioruz letatur et gaudet. Et dicitur inepta. idest nõ apta neqz ordinata secundum rationem: & post potum solet esse talis leticia. Ebrietas est excessus in potu que turbat sensum. Et dicitur. Ebrietas. idiest extra briam que est regula vel mensura. Inde sequitur insensualitas: qr sensus & ratio fuit: vnde ebrij volunt dormire. Ebetudo mentis est cum mens per talem continuationez excecatur & torpescit: fiunt enim homines quasi stupidi & insensati. Loquacitas & multiloquiũ sunt cum homo post superfluã cõmestionẽ vel potuz deordinat se nimis loquendo vel cachinando. Jmmundicia est vomitus qui sequitur ex tali superflua comestione vel potu. aliquando etiam pollutio & effusio seminis. ¶ Jra.

EST etiam ira motus & ascensio sanguinis circa cor: cuz appetitu vindicte. Et est triplex. s. corde. ore. & opere vt

dixit xp̄s in euangelio. q̄ si quis irascitur fratri suo: scilicet in corde reus: erit iudicio. Si quis dixerit fratri suo racha: reus erit cōsilio. idest per vocem. Si quis dixerit fatue: q2 iā est iniuria personalis ⁊ fit opere: reus erit gehēne ignis. In primo ira. In secumdo ira ⁊ vox. In tertio iniuria. Secundum augustinun habet ira nouem filias: scilicet. Indignatio. Tumor mentis, Clamor. Contumelia. Blaffemia. Rixa. Seditio. Bellum. Homicidium. ¶ Filie ire.

Indignatio: quia proximum dedignatur ⁊ despicit ip̄m iniuriādo facto vel verbo. Tumor mētis: quia quasi inflatus est furore querēs vindictā ⁊ nocumētuz. Clamor per voces fit: sine expressione certe iniurie. qđ vt diximus in euā gelio dicitur racha. Contumelia exprimit iniuriam voce. Blasphemia cōtra deū vel santos est Rixa est cōtra proximuz in opere: scilicet verberādo vel vulnerādo. Seditio est colligatio vel coniuratio contra alios: idest secus dictio. vel aliter quā alij dicant. Inde sequitur belluz. Et dicitur a beli al: q2 precipuuz opus diaboli est. Vel a beel qđ est mors. Vel a bellona dea bellorum. Est autez rixa inter paucos: belluz autem inter multos. Sequitur inde homicidium qđ est notum: compositum est enim ex homo ⁊ occido. is. Et nota q̄ aliquando ira non solum nō est peccatum: sed etiam est laudabilis: cum procedit ex indignatione malorum ⁊ tunc proprie dicitur zelus: vt fuit in phinees. ¶ Accidia.

Accidia est tedium diuini boni. Et causatur ex rebellione carnis ad spiritum. Et est duplex: quia vna est in omittendo bonum: ⁊ alia est quedam negligentia in non excludendo malum. Una species opponitur charitati ⁊ religioni. Altera fortitudini. Habet igitur accidia septem filias: scilicet. Malicia. Rancor. Pusillanimitas. Torpor. Timor. Desperatio ⁊ euagatio mentis.

¶ Filie Accidie.

Malicia est volũtas nocendi ꝛ malũ cogitãdi. omnia in peius accipiendo: ꝛ insidias parando. Et dicitur malicia: idest malũ sciens vel procurãs. Rancor est indignatio inueterata in corde quã habet piger aduersus proximũ. Et dicitur a raucedine. habẽt eniꝫ ꝙ rancida sunt malũ saporẽ Pusillanimitas est debilitas animi ad bene operãduꝫ: ꝛ boni ardui ex hoc pretermissio. Et dicitur pusillanimitas idest paruitas animi. Torpor est inabilitas ad bonũ ꝛ ad diuina precepta. Et dicitur a torpeo es. Torpere aũt dicũtur digiti frigore vel gelu. Timor. s. tẽporalis est qui excludit diuinum timorẽ ꝛ amorẽ: vt quãdo propter talẽ timorẽ dimittit bonũ vel fit aliquãdo malũ: Desperatio est speꝫ perdere nõ cõfidẽdo de misericordia dei. Et est peccatũ iude traditoris et caym dicentis. Maius est peccatum ꝙ vt veniam consequar: ꝛ est pessimũ omniũ peccatorũ: qꝛ facit deũ imisericordem: cũ sit summa ꝛ infinita misericordia. Euagatio mẽtis est cũ piger in diuinis rebus nõ inuenit saporẽ: distrahit ad delectabilia mẽte ꝛ cogitatione. grauat eniꝫ cogitare de deo ꝛ de diuinis rebus. Et ista euagatio ad oĩa peccata extenditur nam cogitat de auaritia: de gula: de luxuria ꝛ de alijs.

¶ De peccatis in spiritum sanctum.

Desperatio aũt de qua diximus ꝙ est filia accidie. de ea est etiã notãdũ ꝙ est peccatũ in spm̃ sctm̃. Sũt eniꝫ sex peccata in spiritũ sanctũ: scilicet. Inuidẽtia fraterne gratie. Impugnatio veritatis agnite. Presumptio ꝺ impugnitate Obstinatio mẽtis. Desperatio de qua diximꝰ. Et finalis impenitẽtia. Dicũtur aũt pctã in spm̃ sctm̃: qꝛ ipugnãt gratiã spũs scti. Et etiã dicũtur irremissibilia propt̃ suã grauitatẽ Sunt eniꝫ grauissima: qꝛ sunt ex propria malicia: nõ autẽ ex fragilitate: quod dr̃ peccatũ cõtra patrẽ: neqꝫ ex ignorãtia: qꝺ dicitur cõtra ꝑsonã filij: sed ex malicia: qꝺ est cõtra personam spiritus sancti. cui attribuitur bonitas. Patri autẽ po=

tentia. et filio sapientia: ꝛ dicuntur etiaꝫ irremissibilia. scilicet ex parte sui: quia non habent vnde remitti debeant. Bene autem remisibilia sunt ex parte dei: qui omnia consueuit remittere vere penitentibus: sed finalis in penitentia numq̄ꝫ remittitur neqꝫ remitti potest. Et de illa proprie est illud. Neqꝫ remittetur in hoc seculo: nec in futuro.

SAcerdos igitur per ista peccata ꝛ eorū species: filias et circunstantias interroget confitentē: et maxime secularē ignorantem: vt manu obstetricante euellat vulnus de sinu peccatoris: vt videlicet cum dixit se peccasse per superbiam: interroget de modo: nunquid inobediēs fuerit superiori: dn̄o: patri vel prelato. Item interroget quomodo: quotiens: quare: quando: vbi. Item interroget per iactantiam: an se iactauerit de bonis: de genere: de scientia: de pulchritudine: et sic de alijs peccatis per singula discurrendo.

¶ De decem preceptis dechalogi.

POst discussionē peccatorū in cōfessiōe examinādus est penitētes de obseruātia decē preceptorū dechalogi. Dicitur autē de calogus a logos qđ est verbuꝫ: et decē: quasi decem verba. Unde psalmista. In psalterio decē cordaruꝫ psallam tibi. Cōtinētur autē hec decē precepta in hijs versibus. Unū cole deuꝫ: nec iures vana per euꝫ. Sabbata sanctifices: venerare quoqꝫ parētes. Noli mechari: noliqꝫ cede notari. Furtuꝫ caue fieri: non sis testis nisi veri. Ne cupias nuptas: neqꝫ queras res alienas. Diuidūtur autē hec decē precepta in duas partes: quia quedā precepta sunt que dicūtur pertinere ad primā tabulā: ꝛ quedā que ad secundā. Prima tria scilicet de colendo vnū deum: et nō iurādo inuanū: et de sanctificatione sanctoruꝫ dierū pertinēt ad primā tabulā: ꝛ ista sunt indispēsabilia. Cetera omnia ad secuꝫdam. Itē subdiuiduntur. nam quedaꝫ precepta sunt affirmatiua: ꝛ quedā negatiua. Illa que sunt affirmatiua obligant semper: sed non

ad semper. s. tēpore ⁊ loco: vt de honore dei ⁊ honore parentuȝ: ⁊ sanctificatiōe festorū. ad ista tenemur in loco ⁊ tēpore q̄ꝛ impossibile esset omni loco ⁊ hora actu venerari parētes vel deū et honorare festa: sed solū cū apportunitas se offert. Jlla autē q̄ sunt negatiua obligāt semper ⁊ ad semp̱. hoc est q̄ꝛ nunq̄ꝫ licet cōtrauenire. nunq̄ꝫ eniȝ licet mechari. nunq̄ꝫ falsum testimoniū dicere. nunq̄ꝫ furari. ¶Per precepta eniȝ affirmatiua legis precipiūtur actus virtutū. ¶Per negatiua autē vetātur actus vitiorū. Jllud eniȝ qđ de se est malū ⁊ peccatū nunq̄ꝫ licet vt diximus. Jdeo negatiua obligāt semper ⁊ ad semper. actus autē virtutū nō quolibet modo et tēpore fieri debent: sed obseruatis debitis circunstātijs tēporibus ⁊ locis: potest tñ aliquādo in aliquibus ex negatiuis dispēsari ⁊ aliter fieri: vt in iudice iuste occidēte: et in bello iusto: et in furto in extrema necessitate et alijs huiusmodi.

Ex hijs preceptis: quedā ordināt hominē ad deuȝ: quedaȝ vero ad proximū. Jlla precepta q̄ ordināt hominē ad deū sunt prima tria. Tenemur eniȝ deo ⁊ creatori nr̄o ad tria. ¶Primo vt nullū aliū deū et dn̄m reconoscamus. Scđo vt sibi ⁊ nomini suo nō faciamus iniuriā. Tertio vt ei exhibeamus reuerētiā ⁊ famulatū. Jta est primū preceptū de primo secunduȝ autem de secūdo. tertiuȝ etiam de tertio. Jlla precepta que ordināt hominē ad proximū sunt septeȝ sequētia. Ordinamur eniȝ ad proximū duobus modis: vt scilicet sibi bonū facimus: ⁊ sic est quartū de honore parentū: ⁊ ne proximo noceamus: nec in persona sua nec in persona sibi cōiuncta vt est vxor: nec in rebus suis. Et sic sunt alia quattuor. s. Noli mechari: noliq̄ȝ cede notari. Furtuȝ caue fieri: non sis testis nisi veri. ¶Possumus autē nocere proximo etiā volūtate ⁊ sic sunt alia duo precepta. s. Neq̄ȝ cupias nuptas nec res queras alienas. Ad singula precepta veniamus.

¶ Primum preceptum.

NOn habebis deos alienos. Exo. xx. vel vnū cole deuz quod idem est. In quo precepto prohibentur hereses ydolatria. incantationes. diuinationes: et sortilegia quecūqz omnes artes prohibete: vt est de arte notoria: que est nigromancia et alia huiusmodi. Item obseruationes dierū et temporū. constellationes et somnia. collectiones herbarū et omnia similia q̄ possunt suspecta iudicari: quia solus deus credendus et honorādus est et iste fatuitates dimittēde: qr sunt superstitiones vane. Dicitur autē superstitio: vana religio.

¶ Secundum preceptum.

NOn assumes nomē domini dei tui in vanum. In quo prohibētur omnia periuria et especies eorū. Et notandum q̄ dn̄s per. Oseaz prophetā dicit Iurabunt in veritate et iusticia et iudicio. De primo qui iurat debz scire in veritate id qđ iurat: alias debet iurare de credulitate: vel de presumptione et nō aliter quā in conscientia habeat. Iusticia dr̄ esse in iuramēto: cuz iuratur illud quod est iustum licitum et honestum. alias periuria sunt nō iuramēta. Iudiciū debet esse vt scilicet sit discreta iuratio et cū necessitate et causa: non aūt leuiter et faciliter. naz vbi nō est necessitas: sermo debet esse si. si. et non non. Iubetur etiam in hoc precepto impletio votorum: quia vt dicit psalmista: vouete et reddite domino.

¶ Tertium preceptum.

SAbbata sanctiffices. i. festiuitates quas ecclesia iubet obseruari. Preceptuz autem de obseruatione sabbati: translatuz est ad diem domininicā propter multas rationes: quas assignāt doctores. Et in diebus festiuis vacanduz est ab omni opere seruili. et debēt laici missas audire. alias si nō subesset iusta excusatio: peccarēt mortaliter. Ubi aūt imminet necessitas: vt collectio fructuū et cetera huiusmodi: et timetur tēpestas vel aliud impedimētuz: tollerādi sunt laici.

¶ Quartum preceptum.

Venerare quoqꝫ parentes. Debent eniꝫ honorari ⁊ sibi necessaria dari cum indigent. Hic etiaꝫ iubetur gubernatio familie. Et nomine parentuꝫ intelliguntur prelati: doctores: domini: ⁊ omnes alij a quibus bona recipimꝰ. qui dici possunt parētes ex beneficijs nobis collatis: ⁊ generaliter omnes superiores quos tenemur venerari.

¶ Quintum preceptum.

Noli mechari: mechia eniꝫ adulteriū est: sed nomine eius prohibet̃ omnis fornicatio: ⁊ quecūqꝫ cōmixtio ⁊ cōcubitꝰ extra matrimoniū. De omni cōcubitu ⁊ luxuria diximus supra.

¶ Sextum preceptū.

Noli cede notari. s. iniuste: alias si te defendendo cum aliter nō possis euadere: excusaris. Prohibet̃ hic quadruplex homicidium. s. corde. ore. opere. ⁊ omissione. Quia dicit Augustinus. Pasce fame morientē: si non pauisti occidisti. Itē nō occidas famā proximi: vel eius vitā ⁊ sustentationē: ipsum depauperādo: quia pecunia est vita hominis.

¶ Septimum preceptum.

Furtuꝫ caue fieri. Prohibetur oīs iniusta acq̃sitio. Et dr̃ etiā furari clericus qui nō facit officiū suū: qꝛ propt̃ officium datur beneficiū. De omni rapina diximus supra.

¶ Octauum preceptum.

Non sis testis nisi veri. In quo prohibetur omne mendaciuꝫ. Sed precipue testis false deponens tenetur ad restitutionem. Idem de adulatoribus dominorum ⁊ confessoribus qui non iubent restitui ablata. Tamen mendacium iocosum peccatum veniale est.

¶ Nonum ⁊ decimum preceptum.

Nonum ⁊ decimū preceptꝫ prohibent actum interiorem. Quia qui viderit mulierem ad concupiscenduꝫ eam: iam mechatus est in corde suo. Idem de quacūqꝫ re q̄ illicite concupiscitur: quia in mente per cōsensuꝫ peccatur.

Et nota q̧ desideriuȝ rei aliene cuȝ consensu rationis eiuſdem speciei est: cuius est opus concupitum: vt si desiderauit virginem vel monialem: vel rem alienam: per furtum: per vsuram: si rem sacram. ꝛ cetera.

¶ De quinqȝ sensibus corporeis.

Interrogandus est pretterea penitens de quinqȝ sensibus corporeis: quomodo ꝛ quādo deum cum illis offendimus. Sunt enim sensus corporis. Uisus. Auditus. Odoratus. Gustus: ꝛ Tactus. Et sunt hi sensus fenestre p̱ quas diabolus intrat ad cor hominis. Sunt etiam arma quibus caro pugnat aduersus spiritū: ꝛ sensualitas aduersus rationem: vnde nimis cohibendi sunt ꝛ cōprimēdi. Sepe oculis offendimus deū: qui impudice aspicimus. Idcirco scriptuȝ est. Oculus meus depredatus est animaȝ meaam Et alibi. Oculi sublimes lingua mēdaciū. Et qui viderit mulierē. ꝛc. Itaqȝ nō licet aspicere quod nō licet cōcupiscere. Deturpātur pretterea oculi coloribus ad lasciuiā: ꝛ maxime per mulieres. Aures ad luxuriosa verba: mēdatia: atqȝ murmurationes ꝛ vanitates laxātur. Unde cōquerebatur apostolus dicens. Cum sanā doctrinā non accipiēt: ad fabulas auteȝ cōuertentur. Nares ad odores prouocātes ad luxuriā ꝛ ad vanā gloriā: cum delectationibus ꝛ incentiuis luxurie. Os ꝛ lingua ad murmurationes: blasphemias: mendatia. Et guttur ad exquisitos sapores. Unde Nabuȝardaȝ princeps cochorum dicitur destruxisse muros hierusalē: idest anime contēplatiue ꝛ deuote: sunt enim muri anime virtutes. Tactus etiam offendit tangendo cum delectatione immūda: ꝛ que prouocant ad lidibinem. Item molles vestes ꝛ alia huiusmodi. Sepe etiam manus laxantur ad rapinas: ad alapas ꝛ iniurias proximorum. Et circa hec sit sacerdos curiosus inuestigator: de omnibus perscrutans.

¶ De operibus misericordie.

De vltimo modo peccandi. s. omissione. Interrogãdus est etiã cõfitẽs: qꝛ sepe propter aliena peccata incurritur pena inferni. de quo clamabat propheta dicẽs. Ab alienis parce seruo tuo. Precipue in hoc interrogãdi sunt prelati: ꝛ curã animarũ habẽtes. si eorũ culpa aut negligẽtia perijt aliquis ꝛ permãsit in peccato ex ouibus suis. Quia iuxta. Ezechielem. eorũ sanguinẽ de manibus vestris requirã. Si visitauit subditos. Si correxit. Si increpauit. Si latrauit qꝛ conqueritur dñs per prophetã. facti estis canes muti non volentes latrare. Et de operibus misericordie: quas omisimus adimplere: districte interrogãdi sumus in die iudicij: quia dicit saluator noster. Vidistis me esuriẽten sitientem. ꝛc. Sunt autẽ opera misericordie quattor deciꝫ. Septẽ scꝫ spiritualia: ꝛ septẽ corporalia. Spiritualia autẽ cõprehẽdũtur in hijs versibus. Cõsule. castiga. doce. solare. tollera. parce ꝛ roga. Rogare eniꝫ tenemur pro amicis ꝛ inimicis. Septẽ corporales sunt. Visita. pace. pota. redime. indue. hospitare sepelli. Desino per singula dicere propter breuitatẽ.

¶ De virtutibus theologicis ꝛ cardinalibus.

Dicto de peccatis ꝛ eoruꝫ speciebus circũstãtijs ꝛ alijs modis quibus deũ offendimus. Restat aliquid dicere de remedijs contra ipsa peccata. quoniaꝫ pertinet etiam ad materiã confessionis ꝛ sacramenti penitentie. Et primo de virtutibus. Est auteꝫ virtus bona habitudo voluntatis cum intencione. dicitur auteꝫ virtus a vi. seu virilitate quasi vis intus vel virilitas intus. Sunt auteꝫ virtutes in duplici genere: quia alie sunt theologales vel heroice: idest diuine: ꝛ illis vtimur ad deum. Alie sunt cardinales que ita dicuntur: quia in illis versatur vita humana tanꝙ in cardinibus: ꝛ istis vtimur ad proximũ. Sunt autẽ theologales tres: scilicet. fides. Spes. Charitas. Cardinales autem sunt quattuor: scilicet. Prudentia. Temperantia. fortitudo. Justicia

¶ Est autem fides vt in principio diximus substantia rerum sperandarum et argumentum non apparentium.
¶ Spes est certitudo beatitudinis venture per gratiam dei cum bonis operibus.
¶ Charitas est amor quo deus diligitur propter se: et proximus propter deum. Ex istis procedunt alie virtutes: et generaliter omnia bona opera.

PRudentia est omnia dirigere et facere per regulam rationis. Et habet tres filias. scz. Intelligentia presentium. Prouidentia futurorum. Memoria preteritorum.

TEmperantia est moderare appetitum per regulam rationis: et propter hoc a placidis obstinere rebus: Habet etiam tres filias que sunt. Continentia in licitis. Abstinentia ab illicitis. Modestia in omnibus.

FOrtitudo est propriã vincere volũtatẽ per rationẽ et aduersa nõ timere propter eã. filie fortitudinis sunt. Magnificẽtia in operibus. fiducia in bonis futuris. Paciẽtia in malis presentibus. Perseuerantia in bonis operibus.

IUstitia est constans et perpetua voluntas reddens vnicuique quod suum est. filie autem iusticie sunt. Religio in deum. Pietas in parentes et proximos. Gratia ad humiles et bonos. Uindicta ad malos. Ueritas in promissis. Obseruantia in debitis.

¶ Dona spiritu sancti.

ALiud per quod defendimur a peccatis sunt dona spiritus sancti q̃ sunt septem. De quibus dicitur: septiformis gratia dei. Et sunt que numerat Esayas. scilicet. Spiritus sapientie et intellectus. Spiritus consilij et fortitudinis. Spiritus scientie et pietatis: et repleuit eum spũ timoris dñi.
¶ Sapientia ad diuina contemplanda. Intellectus ad nouissima prouidenda. scilicet diem iudicij. Penas inferni: et gloriam paradisi. Consilium ad bonum eligendum et malũ

reprobandū ⁊ precauendū. Sciētia ad se cognoscēdū ⁊ deū atqꝫ eius opera cōsiderādū. Fortitudo qua tēptatiōibus: tribulatiōibus ⁊ malis cogitatiōibus resistitur. Timor ad malū fugiēdū: ⁊ salutē anime procurādū. Et notādū est ꝙ virtutes faciūt hominē operari recte. Hec aūt dona expedite: qꝛ nescit tarda molimina spūs sancti gratia. Fruct⁹ spūs sancti faciunt operari delectabiliter. Beatitudines autē perfecte.

¶ Fructus spiritus sancti.

SUnt etiā duodeciꝫ fructus spiritus sancti: scilicet. Charitas. Gaudiuꝫ. Pax. Paciētia. Longanimitas. Bonitas. Benignitas. Māsuetudo. Fides. Modestia. Continentia. Castitas. ¶ De charitate dictū est. Gaudiuꝫ in bonis operibus ⁊ dei seruicio. Pax cū proximo. Paciētia in aduersis. Longanimitas in bonis sperādis. Bonitas vite. Benignitas in cōuersatiōe proximorū. Māsuetudo in turbatiōibus. Fides q̄ est maior ꝙ̄ fiducia: et quasi quedā certitudo ꝑ quā sancti fecerūt miracula: qꝛ de ea dicit xp̄s. Si habueritis tantā fidē sicut granū iuniperi: dicetis mōtibus. ⁊c̄. Modestia q̄ a modo dicitur: ⁊ est moderare motum animi ab excellentia per humilitatem. Continentia in desideris ⁊ affectibus. Castitas in corpore et mentis integritate.

¶ Beatitudines.

OCto sunt beatitudines: de quibus saluator noster. Mathei. v. scꝫ. Paupertas volūtaria. Mititas in persecutionibus ⁊ iniurijs. Fletus peccatorū. Esuries ⁊ sitis iusticie: scilicet bene viuēdo. et hoc in alijs procurando. Misericordia ad pauperes ⁊ egenos in operibus misericordie: de quibus supra. Mūdicia cordis ad deū ⁊ proximū per bona exempla. Esse pacificus. scilicet discordias mitigando: et earum causas excindendo. Persecutiones pati propter xp̄m: non vindicando: nec vindictam desiderādo. Et hec de peccatis et eorum circūstantijs: et etiam de eorum remedijs.

¶ De satisfactione.

Restat aliquid dicere de satisfactione: licet breuiter: qr cũ sit materia latissima: in qua incidũt multa et pene innumerabilia: non possent cõplecti in hac breuitate Jdcirco solũ dicam⁹ quid satisfactio sit. Est aũt satisfactio scd̃m Thomã. Iniurie illate recõpẽsatio scd̃m iusticie equalitatẽ. Regulare est q͏ penitẽtie q̃ imponuntur pro satisfactione pctõrũ hodie sunt arbitrarie: et in his permittit᷑ libera potestas sacerdotibus. Debẽt aũt ipse esse prudẽtes in hoc: qr nõ debent pro grauibus leuia imponere: sed attendãt ad qualitatẽ personarũ ad cõpunctionẽ confitentiũ: ad quãtitates et diuersitates peccatorũ: et cõtinuationes per tẽpora et loca. etc. Debent autẽ attendere qr tria genera bonorũ sunt nobis a deo collata. s. spiritualia: corporalia: et bona fortune. Et qr cũ istis et circa ea offendimus deum. Per hec etiã fiant satisfactiones et iniungantur penitentie: qr iuxta Gregoriũ. Celestis medicus contraria adhibet medicamẽta peccatis: vt lubricis continentiã: tenacibus largitatem. etc. Jlla peccata q̃ sunt spiritualia: vt superbia: inuidia: accidia. etc. Delcãtur p orationes: sacrificia: et cetera huiusmodi. Jlla aũt q̃ sunt carnalia per ieiunia: peregrinationes et allia afflictiua carnis. Jlla q̃ sunt propter tẽporalia per elemosinas et cetera talia. Hic esset agendũ de restitutione ablatorũ et multiplici rapina. Jtem de elemosina: de oratione: de ieiunio: de alijs multis q̃ pertinent ad materiã satisfactionis: non sunt presentis epilogi. nec breuiter possent cõplecti: remittimus ad doctores de istis late agentibus: sed hodie sunt iste materie copilate presertiꝫ in quadã summa q̃ dicitur angelica seu baptistina. Cõsulerẽ q͏ omnes curati illã haberẽt: essent satis cõpetẽter instructi in multis difficultatibus q̃ quottidie occurrunt: aut circa ista cuꝫ eis occurrerint consulant peritiores. Debent tamẽ cõfessores penitẽtibus cõsulere vt huiusmo-

di satisfactiones ⁊ penitētias pro peccatis: studiant in statu gratie (⁊ ante ꝙ̄ iterum peccent) adimplere: q̄ꝛ postꝙ̄ incide rint iterū in mortalibus: doctores dubitant an satisfaciant. Ueritas est in hoc: quia in his rebus que derelinquunt effe ctum post se bene satisfit in mortali: vt elemosina: q̄ dimittit post se diminutionez patrimonij: vel ieiunium qḋ relinquit post se debilitationē corporis. In oratione aūt ⁊ alijs huius= modi nō satisfit in mortali. Et est notādū ꝙ vt diximus sunt tria opera satisfactoria: scilicet: oratio: ieiuniū: ⁊ elemosina. Per ieiuniū intelligūtur omnia carnē affligētia: vt macera tiones: aflictiones: flagellationes: peregrinatiōes ⁊ cetera. Per elemosinā: omnia opera misericordie corporalia. Per orationē: omnia opera misericordie spiritualia. Itē per ieiu niū ordinatur homo ad seipūz. Per elemosinā ad proximū. Per orationē ad deum. Et hec sufficiant de satisfactione.

¶ De sigillio confessionis.

SUperest aliquid dicere de sigillio cōfesionis. Et breui tur sciēdū ꝙ nihil est in humanis qḋ magis ad sigilluz ⁊ secretuz artetur. Ratio est quia ibi nihil dicitur sacerdos scire vt homo: sed vt deus. Et propter multa incōueniētia q̄ sequerētur: idcirco reuelans cōfessionē deponitur ⁊ recludi tur in monasterio ad agēdā perpetuā penitētiā. Quid aūt si excōmunicetur a prelato nisi velit reuelare. Dicēdū ꝙ nō li gatur: quia vt diximus scit vt deus ⁊ nō vt homo: ⁊ nō curet excōmunicationē: sed libere dicat se nescire. Idē si exigatur cū iuramēto potest iurare se nihil scire: ⁊ verū iurat q̄ꝛ nescit vt homo. Si aūt sibi detur licēcia a penitēte vt reuellet: neq̄z cū hoc faciat. potest aūt penitens facere vt ille sciat tanꝙ̄ ho mo qḋ sciebat vt deꝰ vt. s. dicendo sibi extra cōfessionē ⁊ iube re vt alijs dicat: ⁊ tūc posset: licet in veritate deberet se excu sare: q̄ꝛ posset alios scandalizare credētes ꝙ sciat in cōfessio ne. Si autez sciat in cōfessione aliquod peccatuz qḋ inducit

periculuz:vt est heresis:vel aquid simile: non potest reuelare:set caute debet admonere penitẽtes. vel ingenerali dicere prelato ꝙ vigilet super gregẽ suuz. Si sacerdos extra confessionẽ aliquid sciat:postea sibi in cõfessiõe illud dicatur:dicenduz ꝙ celare debet:vt saltẽ vitetur illud scãdaluz de quo dixi:scilicet ne allij credant ꝙ reuelat confessionẽ. Si autez queratur q̃ sit materia ꝛ forma huius sacramẽti. Dicẽdũ ꝙ loco materie sunt ille tres partes penitentie de quibus diximus. s. cordis contrito. oris confessio: operis satisfactio. Forma sunt verba sacerdotis scilicet. Ego te absoluo. ꝛc̃. Et hec de materia cõfessionis ꝛ sacramẽto penitẽtie dicta sufficiãt.

¶ Forma absolutionis.

DEcreui tamen propter simplices sacerdotes qui hoc aliquando ignorant modum absolutionis apponere:qui talis est:facto signo crucis in capite dicat.

¶ Dominus parcat tibi. amen. Per aspersionẽ sanguinis domini nostri iesu xp̄i ꝛ merita sue gloriosissime passionis:ꝛ beatissime marie matris eius: ꝛ beatorum apostolorum petri ꝛ pauli:ꝛ omniuz sanctoruz. Misereatur tui omnipotẽs deus:ꝛ dimittat tibi omnia peccata tua:liberet te ab omni malo:saluet ꝛ confirmet in omui opere bono:et perducat te ad vitam eternam amen. Dominus noster iesus christus qui pro te natus ꝛ passus est per merita sue sacratissime passionis te absoluat ꝛ ad gloriã sempiternã te perducat amẽ.

¶ Et ego auctoritate ipsius dñi nostri iesu xp̄i ac eius beatorũ apostolorũ petri ꝛ pauli:ꝛ ecclesie in hac parte mihi cõcessa:ꝛ qua fungor te absoluo ab omni vinculo ꝛ sentẽtia excõmunicationis maioris vel minoris suspẽsionis ꝛ interdicti si quã vel qũas forte incurristi:ꝛ a participatiõe cũ excõmunicatis inquãtũ possuz ꝛ valeo:ꝛ restituo te sacramẽtis sacrosancte matris ecclesie ꝛ comunicationi ac participationi ꝛ vnitati fideliũ. In nomine ptris ꝛ filij ꝛ spiritu sancti amen.

Item eadē actoritate te absoluo ab omibus peccatis delictis: criminibus: excessibus ꝛ negligētijs tuis mortalibꝰ ꝛ venialibus mihi cōfessis. oblitis. neglectis ꝛ ignoratis: ac ab omibus alijs quibuscūqꝫ cū circūstātijs istorū ꝛ illorū de quibꝰ tu libēter cōfitereris si eorū memoriā haberes In nomine. patris ꝛ filij et spūs sancti amē. ¶ Omnia bona q̄ fecisti ꝛ facere proponis: ꝛ q̄ per deuotas ꝛ religiosas personas pro te facere procurasti ꝛ procurabis: ꝛ omnia mala q̄ patiēter ꝛ iniuste sustinuisti: ac in posterū sustinebis: totū id tibi iniūgo in penitētiā ꝛ remisionē oiuꝫ peccatorū tuorum ꝛ in augmētū grē ꝛ virtutis: ꝛ in acquisitionē vite eterne amē.

Sacratissima passio dñi nr̄i iesu xp̄i: ꝛ merita beatissime marie virginis matris eius: omniū sanctorū: ac suffragia oratiōes: indulgētie: vigilie: ieiunia: helimosine peregrinationes ꝛ abstinētie ꝛ descipline q̄ fecisti ꝛ facies: et q̄ fiūt ꝛ fient in futurū in tota militāti ecclesia sint tibi in remissiōeꝫ oim peccatorū tuorū: ꝛ in augmētū grē ꝛ virtutis: ꝛ in auxiliū ꝛ protectionē tuā ad felicitatē eterne glorie cōsequēdā: ꝛ supleant qđ necessariū est amē. Vade in pace ꝛ amplius noli peccare. In nomine patris ꝛ filij ꝛ spūs sancti amē. Et benedictio dei omnipotētis patris ꝛ filij ꝛ spiritus sancti descendat super te: ꝛ angelus bonus semper sit tecum. Amen. ¶ Scias tu sacerdos ꝙ teneris orare pro cōfitētibus tibi.

¶ De sacramento eucharistie.

De venerabili eucharistie sacramēto nihil a nobis dici potest qđ sufficiat: non etiā a toto mundo. Est eniꝫ ibi virtus ineffabilis: neqꝫ humanis vocibꝰ potest exprimi etiā si oīa humana mēbra vertātur in linguas. Tūc eniꝫ tātorū misteriorū secreta perfecte capiemus: cū reuelata facie videbimꝰ deū sicuti est: vt dicit apl's. Sed ne arguamur ibi nihil dicere vbi maior affluit copia dicendorū: breuiter (vt professi sumus) dicamus quid sit eucharistia. Dicēdū ꝙ est

cõsecratio corporis ⁊ saguinis iesu xp̄i sub speciebus panis ⁊ vini virtute verborũ a sacerdote prolatorum. Notatur in hac diffitione materia. forma: ⁊ intentio: q̄ requirumtur in hoc sacramẽto: ac etiaȝ minister: qui est sacerdos rite ⁊ legitime ordinatus. Et notandũ ꝙ hoc sacramẽtuȝ diuersimode nuncupatur a fidelibus. Uno modo eucharistia: ab eu. qđ est bonuȝ: et charis. qđ est gratia: quasi bona gratia. Uel dicitur missa: quia ibi hostia pacifica q̄ nos recõciliauit deo scilicet christus iesus mittitur ad patrẽ pro salute viuorum ⁊ mortuorũ. Dicitur etiã viaticuȝ: quia cibus est viatoruȝ in vita spirituali ad eius refectioneȝ. Alijs etiam diuersis nominibus nominatur secũduȝ diuersas significationes: vt cõmunio a cõ. qđ est simul ⁊ vnio vnionis: qꝛ est vnio fideliũ.

De materia.

CIrca materiã aũt huiꝰ sacramẽti dicẽdũ est ꝙ est panis ⁊ vinũ: panis. s. triticeus: nõ ex milio aut ordio vel alio quocũqȝ grano: sed tantũ ex tritico. ⁊ panis debet cõfici cuȝ aqua elemẽtali tantuȝ: ⁊ nõ cuȝ aqua artificiali vel alia quacũqȝ. Quid autẽ si cũ tritico sit admixta aliqua alia materia. Dicẽdũ ꝙ nõ noceret: nisi tãta esset admixtio ꝙ mutaret naturã tritici. Posset etiaȝ cõfici ⁊ cõsecrari in fermento: licet peccaret clericus latinus. Secus de grecis qui cõsecrant in fermẽto. Et notãdũ ꝙ nõ debet poni sal in tali pane cõsecrãdo. De vino etiã dicẽduȝ est ꝙ debet esse ex vite: nõ vinũ pomoruȝ vel granatorũ: aut aliud simile. Nõ etiaȝ in aceto vel agresta: ⁊ intellige de aceto qđ omnino est acetũ. Bene aũt in vino acetoso: aut qđ incipit corrũpi duȝ tamẽ nõ sit omino corruptuȝ: licet melius esset querere aliud si possit haberi. Et debȝ cũ vino in calice misceri modicũ aque ⁊ ita modicũ ꝙ facile cõuertat̃ in vinũ: qꝛ vinũ proprie est materia sanguinis ⁊ aqua nõ est đ sustãtia sacramẽti: sed ponit̃ qm̄ simul cũ sanguine exiuit de latere xp̄i: vel qꝛ significat vnionẽ fide

lium ad christum. Cum vino aquato in dolio posset celebra ri et si cum tali vino celebraretur nihilominus poni debet aqua : sed melius est querere aliud. Cum musto posset cele brari sed non debet fieri donec sit bene defecatū. nec cum ex presso ex racemo. Quare autē fuit īstitutū istud sacramētuz in hijs duabus speciebus? Ratio est: quia effect9 corporalis vtriusqz maxime cōuenit huic sacramēto. Nā panis ɔfortat ꝛ vinū letificat. Psalmista. Panis cor hominis cōfirmet. ꝛ alibi. vinuz letificat cor hominis. Jta facit istud sacr̄m in vi ta spirituali. Ponūt doctores alias rationes ad quos remit to. Et etiā xp̄s cōparauit se grano frumēti. Jo. xij. Nisi gra nuz frumēti cadēs. ꝛc̄. Et viti dicēs. Ego suz vitis vera. Jo. xv. An sacerdos posset cōsecrare in quacūqz quātitate hax specieꝝ? Dicēdū est breuiter ꝙ sic. sed talis esset grauissime puniēdus. Naz solū debet cōscerare quātuz sufficit sibi ꝛ po pulo secundū numerū sumētium vel infirmorū ꝛ nō plus.

¶ De forma eucharistie.

De forma autē huius sacramēti dicēdū est: ꝙ cōsistit in verbis certis ꝛ determinatis vt ī alijs sacramētis quo rū forma sunt verba. Unde sciēdū ꝙ in missa aliqua sunt de solēnitate tātū vt est. Gloria in excelsis ꝛ prosa ꝛ credo. ꝛc̄. talia ꝛ ista aliqn̄ dimittūtur. Aliqua sunt de necessitate p̄cepti: vt sunt illa q̄ petr9 ap̄lus ꝛ alij successores sui summi pōtifices instituerūt. vt est Prefatio ꝛ Sctūs. ꝛ Paẗ nr̄ ꝛ Canō misse Et ista nō possunt in totuz vel in parte dimitti sine grauissi mo pctō ꝛ pena. tn̄ cōficeret ꝛ cōsecraret omittēs cuz verbis sacramētalibus ꝛ alijs requisitis. s. materia ꝛ intētione. Alia sunt de necessitate sacramēti ꝛ sine illis nihil fieret. vt sunt il la verba q̄ xp̄s dixit in ɔsecratiōe sui corpis ꝛ sanguinis: qn̄ istud sacramētū instituit. q2 in his verbis cōsistit forma. ꝛ vt dicit philosophus forma dat eē rei. Verba aūt formalia sunt hec in ɔsecratiōe corporis. Hoc est eniz corpus meū. Jsta di

ctio eñi. non est de necessitate sacramẽti: tñ peccaret omittẽs licet consecraret. An debeãt precedere aliqua alia verba: ali qui dicũt q sic de necessitate: sed illud est verũ de necessitate precepti: nõ de necessitate sacramẽti. Si aliquid aliud dimit tatur: nõ est sacramẽtũ. Si vero corrũpãtur verba qr est bal butiẽs vel alias: bene consecraret. Jtẽ debẽt dici verba sine interuallo ꝛ simul. Qui aliud cogitat duz dicit verba nihilo minus cõsecraret: dz tñ attẽtissim⁹ esse quãtuz fert humani tas. Et hec oĩa etiã intellige in consecratione sanguinis cu ius verba formalia sunt. Hic est eñi calix saguinis mei no- ui ꝛ eterni testamẽti misteriũ fidei qui pro vobis ꝛ pro multis effundet in remissionẽ peccatorũ. Quid si aliqd horũ dimit tatur? aliqui dixerũt q solũ de necesitate sacramẽti sunt illa verba. Hic est calix sanguinis mei. ꝛ q alia verba sunt de ne cessitate precepti: ꝛ licet dimitterẽtur cũ grauissimo peccato nihilominus cõficeret omite⁹. Verior tñ opinio et securior est sancti Thome ꝛ aliorũ: q non esset sacramẽtuz si aliquid horuz omitteretur: licet posset dici de ditione eniz idẽ qd su pra. Notãduz etiã q licet virtute verboruz forme cõsecratio nis corporis sub specie panis sit tm corpus xpi: ꝛ virtute ver boruz forme cõsecrationis sanguinis: sub specie vini sit tan tuz sanguinis xpi: tñ ex quadã naturali concomitantia: sub qualibet specie est totus xps verus deus ꝛ verus homo. ita dicit prosa huius festiuitatis. Caro cibus: sanguis poctus: manet xps tamẽ totus sub vtraqz specie. Et hec de forma.

De intentione.

Circa intentionẽ autẽ etiã scire oportet: q consecrãs de bet habere intẽtionẽ cõsecrãdi eo mõ quo xps cõsecra uit: ꝛ in sua ecclesia cõseruatur ꝛ cõsecrat: alias sine intẽtio ne nihil fieret. neqz est necessaria actualis intẽtio: dũ verba dicũtur vt predixi: qr licet tũc aliud cogitet nihilomin⁹ dici tur intentionẽ habere: si a principio habuit. Dubitat autez

circa intẽtionẽ: si sacerdos crederet duodeciꝫ hostias ibi esse cũ sint tredecim: an sint oẽs tredeciꝫ consecrate vel tm̃ duodeciꝫ. Dicẽduꝫ ꝙ si ꝑcise intẽdebat cõsecrare duodeciꝫ: aut illa alia põt cognosci: ⁊ tũc duodeciꝫ sunt cõsecrate ⁊ illa nõ: aut nõ põt cognosci: ⁊ tũc nulla est cõsecrata propter defectũ intẽtionis q̃ nõ põt discerni: q₂ nõ cõsecrãtur nisi hostie ⁊ vinuꝫ de q̃bus est determinata intẽtio. ⁊ ista talis intẽtio cõfusa nihil operatur. Si tm̃ intẽdebat cõsecrare totũ qđ erat ante se licet crederet esse duodecim ⁊ sunt tredecim vel plures: oẽs sunt cõsecrare: ⁊ ita debet facere sacerdos non determinare numerũ: q₂ posset esse hoc periculũ. ¶ De ministro.

De ministro autẽ huius sacramẽti diximus ꝙ debet esse sacerdos rite ⁊ ligittime ordinatus. dico autẽ rite ⁊ legittime: vt sit ordinatus ab ep̃o: q₂ nõ põt alius ordinare. ⁊ ꝙ talis ep̃s habeat intẽtionẽ ordinãdi: q₂ est de subſtãtia ordinis. Itẽ ꝙ nihil deficiat in tali ordinacione ex hijs q̃ sunt de subſtãtia ordinis: vt vnctio manuuꝫ: traditio calicis: verba formalia ⁊c̃. Quia si aquid horum deesset: talis nõ esset sacerdos. neqꝫ posset cõsecrare. De sacerdote auteꝫ heretico: scismatico vel degradato: si habꝫ intẽtionẽ ecclesie certũ est ꝙ cõsecraret sed adderet sibi maximã dãnationẽ. Ideꝫ si existeret in peccato mortali de quo nõ penituit: vel si est in afectu vel ꝓposito peccãdi. Quid autẽ si volẽs celebrare cõterit̃ de peccato: sed nõ habet copiã sacerdotis? Dicẽduꝫ ꝙ si talis celebratio est necessaria: vt ad comunicãduꝫ infirmum qui timetur mori vel esset scãdaluꝫ populi si dimiteret missam: vel iam missam incepit: ⁊ cetera huiusmodi. Cõteratur iste talis quãtuꝫ põt: ⁊ quãcitius poterit cõfiteatur post missaꝫ: ⁊ secure celebret. Itẽ sacerdos pro sustẽtatione sua vel rõne elemosine põt peccunias recipere: nõ aũt pro missa: quasi illã precio estimãs: q₂ peccaret mortaliter. Qui habꝫ manus tremulas nõ debet celebrare: vel qui patitur morbũ caducũ.

aut dilucida interualla: aut cecutiēs notabiliter: ita q sit periculū vel scandaluz. Notandū est q ita cōficit malus sacerdos sicut bonus: q facit nomine ecclesie: tamē nō ita meritorie ꝛ acceptabiliter deo pro se ꝛ alijs. Melius tamē est audire missaz boni sacerdotis q̄ mali: ꝛ idem recipere sacramēta: sed q periculū est in iudicādo: ideo laici nō multū debēt instare in hoc. satis est scire q misse ꝛ omnia q̄ fiunt nomine ecclesie prossunt viuis ꝛ defunctis. Illa autez q̄ fiūt nomine proprio nō prosunt existētibus in purgatorio: nisi faciens sit extra peccatū ꝛ in charitate. Itē scias q semper clericus celebrans debet comunicare. Sacerdos nō debet prohibere a cōmunione occultū peccatorē: saltē in publico: ꝛ nullo modo cōferat hostiā nō cōsecratā: q boc pro nulla causa posset licere. Qui est celebraturus debet se preparare ad tātuz officiū: discutere primo cōsciētiā: q vt dicit apostolus. Probet autē seipsum homo: ꝛ eam mundare per confessionē. Si deglutiat se lauādo guttas aque? Dicēduz q si non fecit scienter: et sint in parua quātitate: potest celebrare: secus si sumpsit medicinā. q illud fuit per modū cibi aut potus. Nunq̄ sine ministro debet quis celebrare. Et sciendum q si passus est pollutionē nocturnam: illud potuit esse sine peccato vel cum eo. q precessit inebriatio vel sordida cogitatio: aut aliquid huiusmodi: et tamez omnino aut de necessitate vel de honestate: in vtroqz casu impeditur celebratio illa die. nisi esset necessitas aut scādalū vt dixi: q esset missa popularis.

¶ De loco ꝛ hora misse.

Qua hora ꝛ vbi debet missa celebrari? Dicēduz q regulariter in ecclesia ꝛ non alibi: nisi ex dispensatione apostolica vel episcopali. Et celebratur a prima luce vsqz ad horam nonā: in qua xp̄s expirauit. Quottidie autē celebratur missa propter multas rationes quas assignāt doctores: nisi in die parasceue. Debet aūt celebrare supra tabulā lapideā:

cõsecratã q̄ est ara nõ fracta: nõ rasa: nec in aliquo defectuo sa: ꝛ super pãno lineo non cõtexto ex serico vel alia materia: qꝛ significat lintheũ vel sindonẽ quo fuit inuolutũ corpus ie su. Calix etiã nõ debet esse vitreũ vel ligneuꝫ aut cupreũ: sed solũ ex auro vel argẽto aut stagno. In naui nõ licet missam celebrare: neqꝫ in ecclesia polluta sanguinis vel seminis effu sione: ꝛ qui sciẽter celebraret peccaret grauissime. Iteꝫ neqꝫ corã excomunicatis vel alijs prohibitis personis. Nõ debꝫ dici missa ante matitunũ ꝛ primã recitatã Nõ debꝫ sacerdos nisi vnã tantũ missaꝫ in die celebrare. Sũt tamẽ alique cau se propter quas potest duas missas celebrare: vt si tenet̃ ser uire duab⁹ ecclesijs cõtiguis. vt ꝑmittũt iura: vel si mortuus est aliquis post missaꝫ. vel si est aliq̃s in periculo mortis: ꝛ nõ habet hostiã cõsecratã. Sed cũ duas est dictur⁹ nõ ꝑfundat post cõmunionẽ. idest non faciat ablutionẽ. Missa incepta nullo modo dimittat̃. De forma aũt ꝛ ritu celebrãdi missaꝫ et cur vnũqdqꝫ in ea agat̃ ꝛ q̃d significat esset lõga materia Remitto ad sacramẽtale ꝛ doctores qui de eis late scribũt.

Quibus debet dari hoc sacramẽtum.

Notanduꝫ est autẽ circa sumptionẽ huius sacramẽti qꝫ quidã sumũt illud corporaliter tãtuꝫ: vt infidelis vel bestia aliqua si (qđ absit) assumeret. Quidã aũt spũaliter tã tum: vt deuotus fidelis missaꝫ in statu gratie audiens. De quo intelligit̃ illud augustini. Crede ꝛ manducasti. s. per de uotã adorationẽ. Quidã etiã sumũt sacramẽtaliter ꝛ corꝑali ter: nõ aũt spiritualiter: vt falsi xp̃iani. Quidã etiã corporali ter sacramẽtaliter et spũaliter simul vt sunt boni xp̃iani qui in fide ꝛ charitate cõmunicãt: ex cuius perceptiõe multa bo na suscipiũt. Requiritur autẽ ad debitã sumptionẽ huius sa cramẽti mũdicia corporalis: eleuatio mẽtis ad deũ: ꝛ immu nitas a peccato mortali: qui eniꝫ cũ peccato accedit: iudiciũ sibi mãducat ꝛ bibit. Debet aũt sumi a ieiunis ieiunio natu

re. Est enim duplex ieiuniũ. s. nature: qđ soluitur per quãcũ
ꝙ sumptionẽ cibi aut potus vel medicine. ieiuniũ aũt eccle
sie nõ soluit nisi per comestionẽ vel potũ in moduz cibi aut
potus vna tñ cõmestione excepta: cuz qua nõ dicitur solui:
ad sumptionẽ autẽ sacramẽti debet esse ieiuniũ nature. Sed
illud nõ est inteligẽdum de infirmis: qꝛ necessitas nõ habet
legẽ: ⁊ ieiunus etiã dr̃ qui trãsglutit aliquid de reliquijs re=
manẽtibus inter dẽtes: qꝛ illud trãsiuit per modũ saliue. Itẽ
istud sacramentũ nõ debet dari pueris ante vsum rõnis: scz
ante quattuordecimũ annũ: vt in capitulo. Omnis vtriusqz
sexus. de peni. ⁊ remis. Si tñ est prope illos annos ⁊ videtur
habere vsum rõnis: arbitrariũ est. Nõdatur amẽtibus neqz
freneticis: demoniaticis si habẽt vsuz discretionis debet da
ri. Nõ cõmunicãt laici sub vtraqz specie propter aliquas ra
tiones quas ponunt doctores: specialiter vt intelligant qꝛ
sub qualibet specie est verus deus ⁊ verus homo. Item pro
pter periculũ effusionis sanguinis. Hystrionibus ⁊ mimis
nõ debet dari istud sacramẽtuz. Dãnatis ad mortem potest
dari: ⁊ illa die nõ debent occidi. Pugnãtibus in duello: idest
in bello duoruz ex mandato superioris potest dari: alias nõ.
Post octo dies non debent hostie consecrate seruari: neqz
aliquibus dari: sed debet sumere sacerdos ⁊ renouare.

¶ De defectibus que in missa occurrere possunt.

POssunt aũt defectus in missa accidere ante cõsecratio
nẽ vel post: aut in ipsa cõsecratione. Ante cõsecrationẽ
aũt vt si minister vel ipe sacerdos credẽs ponere vinũ appo
suit aquã. Dicẽdũ ꝙ sacerdos aut percipit hoc ante cõsecra
tionem vel post. Si ante: effundat ⁊ iterum ponat vt decet.
Si post cõsecrationem hostie inuenerit nõ apposuisse vinũ
ponat ⁊ dicat. Simili modo. ⁊c̃. Si autẽ post consecrationẽ
sanguinis inuenerit totũ esse aquã: proijciat secrete quãtuz
potest: ⁊ iteruz ponat vinũ ⁊ aquã ⁊ dicat. Simili modo. ⁊c̃.

Si autē post sumptionē hostie iteruz ponat aliā ꝛ redeat ad totā cōsecrationē: ꝛ sumat postea oīa. Si autē reperiat post consecrationē sanguinis nō apposuisse aquā: dimittat ꝛ nō curet: qꝛ vt diximus a qua nō est de sustātia sacramēti. Si sacerdos propter infirmitatē vel mortē superuenientē nō potuit missaz perficere: si fuit ante cōsecrationē totū dimittat: si post: alter sacerdos prosequatur a loco quo ille dimisit: ꝛ si nescitur incipiat a principio. Si celebrans inuaditur ab inimicis: potest dimittere ꝛ se defendere: ꝙ si se defendēdo occidat pōt nihilominus ad missaz redire ꝛ perficere. Si aranea vel venenū cadat in calice ante cōsecrationē: effundat ꝛ iterū ponat. si post cōsecrationē: cū veneno vel aranea nō debet sumere: qꝛ sacrificiuz vite nō debet dare causaz mortis: sed ponatur in sacrario ꝛ iteruz supleat modo predicto. Si autem cadat musca vel aliud simile: capiatur si fieri potest ꝛ cōburatur ꝛ cinis ponatur in sacrario: qđ aūt in calice est sumi debet cū fieri possit sine periculo. Si sanguis cadat extra calicez. sacerdos sugat: ꝛ si est in tabula vel lapide radatur ꝛ puluis seruetur. Si cadat in sindone ter lauet ꝛ bibat sacerdos. vel ponatur in baptisterio ecclesie: ꝛ lintheū in quo cecidit scindatur ꝛ cōburatur ꝛ puluis seruet. Si totus sanguis ex calice effundatur: suppleri debet iterū vt dictū est: ꝛ peniteat sacerdos. xl. dies si sanguis cecidit extra altare: si aūt sup altare trib⁹ diebus peniteat. Si mus comedat corpus xpi: capiatur si fieri pōt ꝛ cōburatur seruetur cinis vt dictū est. Si hostia putrefiat: seruet etiā in sacrario ꝛ sacerdos peniteat quadraginta diebus: qꝛ renouari debuit post octo dies vt diximus. Si hostia cadat in sanguine: nihil suppleat: qꝛ nō est necesse: sꝫ sumat suo loco vbi cōsueuit sumi: fractiōes enī ꝛ signa nō sunt de substātia. Si gelu cōgeletur sanguis calefiat in aqua calida. Si euomuerit ꝗs eucharistiā: vomitus cōburatur ꝛ in altari cōdatur: ꝛ vomēs penitat. xl. die-

bus si est sacerdos ⁊ fuit in aliqua culpa: si laicus septem diebus peniteat. Ista penitētia scd̄m aliquos est ieiuniū in pane ⁊ aqua: sꝫ credo ꝙ sit arbitrariū. Si celebrāti exierit sanguis a nasu: vel vomit⁹ supueniat: expectet donec cesset ipedimētū ⁊ postea proseq̄tur. Si sacerdos dubitet an aliq̄d obmisit de canone: si ꝓbabilis nō est dubitatio nō curet: qꝛ nō possum⁹ de oībus tenere memoriā. Si aūt probabil'r dubitet: supleat ⁊ maxime in verbis formalib⁹ cōsecrationis: sed ꝓpter leuē ⁊ scrupulosaꝫ cōsciētiā nō debꝫ quis turbari. Et hec brebiter de his defectib⁹ ⁊ alijs similibus dicta suficiāt. De vestib⁹ aūt sacerdotalib⁹ ꝙ benedici debēt: ⁊ quot sunt ⁊ quid significēt nō videtur nimis necesariū ideo demitto.

PRactica autē portandi ⁊ reducendi hoc sacramentuꝫ ad infirmos: ꝙ debet fieri cum hostia consecrata vel particula eius in vase mundo: ponitur late in sacramētali ad qd̄ remitto. Et hec de eucharistie sacramento dicta breuissime sint vt ex paucis multa atq̄ maxima cogitetis.

¶ De confirmatione.

VEniamus iā tandē ad alia quattuor sacramēta: de quibus vt predixim⁹ breuius agemus. Et primo de sacramēto cōfirmatiōis quid sit? Dicendū est: ꝙ est grā dei q̄ datur cōfirmato ad docēdū et patiendū pro xp̄o. Dicitur autē a con. ⁊ firmo. as. Uel aliter diffinitur. Cōfirmatio est consignatio facta cū crismate ab ep̄o in fronte baptizati sub forma verborū ad confitenduꝫ audacter nomen xp̄i. Requiritur autē in hoc sacramento vt in alijs. materia. forma. ⁊ intentio. Materia autē est oleum oliuaruꝫ ⁊ balssamus. Oleū autēꝫ: qꝛ est nutrimentū luminis ⁊ propter alia q̄ significat. Balsamus propter flagrantiā odoris: qd̄ vtrūq̄ cōuenit cōfirmationi. Ex hijs enim conficitur crisma qd̄ est materia. Forma autē consistit in verbis: scilicet. Signo te signo crucis: ⁊ cōfirmo te crismate salutis. In nomine patris. ⁊c̄. In=

tentio debet esse ex parte ministri: vt intendat cõfirmare in forma ecclesie. Minister huius sacramenti est solus eps. Causa huius est: qꝛ sicut in tẽporalibus solus princeps ordinat milites: ita in vita spũali solus princeps ecclesie (qui est xps) ordinat milites xpi: qui pro eius noĩe patiãtur mortẽ si necesse sit: tñ ex cõmissione pape posset simplex sacerdos cõfirmare nõ tamen hoc consueuit cõmittere. Suscipitur aũt istud sacramentũ a quibuscũqꝫ indifferẽter: a pueris. s. post septẽnium: et senibus viris et mulieribus. Et licet sine ipso posset quis saluari tamen is qui ex contemptu vel notabili negligẽtia dimitteret peccaret mortaliter. Ideo curati monere debẽt parrochianos suos: vt quando eps est in parrochia recipiãt et recipi faciãt per filios suos istud sacramẽtũ. Cõfertur enim in eo grã vel collata augetur. Imprimit in ea character vt diximꝰ: ideo nõ potest iterari. Debẽt interuenire patrini: qui quasi pro eo fideiubẽt. Et cõtrahitur cõpaternitas. Potest etiã nomẽ mutari: qꝛ iã cẽsetur nouus homo. Et hec sufficiãt de confirmacione.

¶ De ordine.

Ordo est signaculũ quoddam quo spũalis potestas vel officiũ tribuit ordinato. Sũt autẽ ordines nouem scdm canonistas: vt correspõdeãt nouẽ ordinibus angelorũ: scdm theologos septẽ: qꝛ septiformis est grã dei. Sunt aũt sequẽtes. s. Psalmistatꝰ. Hostiariatꝰ. Lectoratꝰ. Exorzistatꝰ. Acolitatꝰ. Subdyaconatꝰ. Dyaconatꝰ. Presbyteratꝰ. Episcopatus scdm theologos autẽ psalmistatus nõ est ordo: et credo qꝫ bene dicãt: nã psalmistatus minus est qꝫ prima tõsura: et tñ illa nõ est ordo: sed dispositio ad ordines: nec in ea imprimitur character. Idem dicũt de episcopatu qꝫ nõ est ordo sed culmẽ dignitatis: remitto ad rõnes vtrorũqꝫ. Horũ ordinũ qdã sunt minores quidã maiores et sacri. Minores sunt. hostiariatꝰ: lectoratꝰ: exorzistatꝰ: acolitatus. Maiores aũt sunt illi tres sacri. s. subdyaconatꝰ: dyaconatꝰ: psbyteratꝰ. Istorũ

ordinũ officia sunt: ꝙ hostiarij est admittere fideles ad ecclẽ
siã: ⁊ excludere infideles excomunicatos ⁊ alios qui admitti
nõ debẽt ad diuina. Lectoris est legere ꝓphetias: ⁊ sub isto
includit psalmistatus scḋm theologos: ⁊ bene meo iudicio.
Exorzista expellit demones ꝑ cõiurationes ⁊ adiurationes
Istorũ etiã est bñdicere nouos fructus: vites ⁊ alia huiusmo
di. Acolitus grece dicit ceroferarius: qui fert cãdelabra. De
bet etiã parare materias ex quib⁹ cõficitur corpus xp̄i: inde
in ordinatione sua datur sibi ampulla. Subdyacon⁹ grece
dicit inferior minister. Nã dyaconus dicit minister. Ad sub
dyaconũ pertinet legere epistolã ĩ apparatu: facit votũ cõti
nẽtie solẽne indispẽsabile. Itẽ debꝫ recipere oblationes fide
liũ: ⁊ eas diuidere singulis sacerdotibus ⁊ ministris. Dyaco
ni est legere euangeliũ in apparatu. Potest etiã proponere
verbũ dei ⁊ p̄dicare populo. Sacerdotis est ꝯsecrare corpus
⁊ sanguinẽ xp̄i: absoluere a peccatis. Dicit aũt sacerdos. i. sa
cer dux: vel sacra dãs. Aliter nominatur presbyter. idest anti
quus vel senis: nõ propter etatẽ: sed propter maturitatẽ vite
⁊ moꝝ. Quomodo ⁊ quãdo ⁊ ꝑ quos actus imprimit chara
cter in quolibꝫ ordine: remitto ad ep̄os: qui in hoc maxime
debẽt esse instructi. Materia in hoc sacramẽto est vnctio in
presbyteris cũ traditiõe calicis: ĩ alijs aũt traditio instrumẽ
torũ. Forma sunt verba q̄ ep̄s dicit ad quẽlibet ordinẽ. Intẽ
tio debet esse ordinare tales in forma ecclesie ad officiũ sibi
deputatũ. Et debẽt dici verba simul cũ actu. In quolibet or
dine imprimit character: neqꝫ p̄supponit characterez alte=
rius ordinis. Requirũtur ĩ clerico ordinãdo multa. Primo
ꝙ sit natus ex legittimo matrimonio: nõ seruus: non biga
mus: non corpore viciatus. ⁊c̃. Et hec de ordine sufficiant.

¶ De matrimonio.

Quia sponsalia precedũt matrimoniũ: idcirco de illis dicamus. Sunt autẽ sponsalia futurarũ nuptiarũ pro

missio. Dicũtur aũt a spõdeo. idest promitto. Cõtrahunt autẽ per verba de futuro dicẽdo. Ego te accipiã in meã. Nã si verba essent de pñti: matrimoniũ est: nõ spõsalia. Possunt aũt ꝯtrahi spõsalia post septẽniũ. Et notãdũ ꝙ ante quartũ decimũ in viro. ⁊ duodecimũ in muliere: etiã si tales per verba de presenti cõtrahãt semper sunt spõsalia de futuro: etiã si alter sit in etate legittima. Soluũtur autẽ spõsalia multis modis. Primo ꝑ ingresuz religiõis: ⁊ isto modo etiã soluunt spõsalia de presenti nõ ꝯsumata ꝑ copulã. Itẽ per adulteriũ alterius: ꝑ infirmitatẽ lepre: vel aliã q̃ inducat deformitatẽ per disensuz alterius cũ peruenit ad legittimã etatez: per cõtractũ per verba de presenti. Circa matrimoniũ aũt dicẽdũ ꝙ matrimoniuz est cõicũtio maris ⁊ femine indiuiduã vite cõsuetudinẽ retinẽs. Alie diffinitiones assinantur: sed ista sufficit. Dicitur autẽ matrimonium a matre ⁊ munio idest officio. nam ostẽditur magis matrimoniũ in officio matris q̃ꝫ patris: propter partũ ⁊ nutritionẽ filiorũ. ideo nõ dicitur a patre. Uerba matrimonij de presenti sunt. Ego te accipio in meũ: ⁊ ego te in meam. Uel si per alium dicantur: sufficit ad illa respõdere per verbum si. vel per aliud consensum exprimẽs: vel per signũ si est mutus vel surdus. Fuit institutuz matrimonium in paradiso terrestri. Differũt doctores per que verba: sed non est magna vis in hoc. Aliqui dicũt ꝙ per illa verba dei dicẽtis. Crescite ⁊ multiplicamini. ⁊c. Uel quã do adam dixit. Nunc os ex ossibus meis: et caro de carne mea: ⁊ propter hanc relinquet homo. ⁊c. Propter quattuor causas fuit institutum matrimonium: scilicet propter generationem: propter societatem: propter remediuz: ⁊ propter significationem. Contrahere autem matrimoniuz omnes possunt qui expresse non prohibentur. Sunt autem aliqui prohibiti contrahere vt dicemus. Bona matrimonij sunt tria. scilicet: fides. proles ⁊ sacramentũ. Fides idest fidelitas

ex parte vtriusq3 in cõtinẽtia seruãda. Matrimonia autez ⁊ spõsalia debẽt esse publica: non clãdestina propter inconuenientia q̄ sequi possunt. In hac Burgeñ. diocesi sunt cõstitutiones sinodales cũ penarũ oppositione. Idcirco sacerdotes sint prouidi in hoc vt talia clandestina matrimonia prohibeãt ⁊ illis nõ intersint. Etas ad matrimoniũ vel spõsalia de presenti: est quattuordeciz annoruz in viro: ⁊ duodecim in muliere: ⁊ est necesse q̄ anni sint perfecti: nõ em̄ sufficit q̄ annus quattuordecimus vel duodecimus sit inceptus vel mediatus: sed q̄ sit perfectus. Mutus: surdus: cecus ⁊ stultus per dilucida interualla possunt cõtrahere matrimonium per signa ⁊ nutus exprimẽtia consensuz. Itẽ absentes per procuratores: sed est speciale ni hoc q̄ procurator ad hoc datus potest reuocari sine eo q̄ parti vel procuratori notificeẽ. Et post reuocationẽ nõ valet gestuz p talẽ procuratorẽ: licet ipẽ vel pars nõ sit certificata. Forma autẽ qua dãtur benedictiones nubẽtibus habetur in missali. Quid autẽ vnuz quodq3 significet: ⁊ quid annulus: ⁊ quid arre. ⁊c̃. Remitto ad sacramẽtale. Contrahẽtes autez secundas nuptias non debent benedici. Sanctus thomas tamen dicit: q̄ si mulier est virgo vel in possessione virginitatis debet benedici. Impedimenta que impediunt matrimoniuz contrahẽduz ⁊ dirimũt cõctratuz continẽtur in his versibus. Error: cõditio: votum cognatio: crimez. Cultus disparitas: vis: ordo: ligamen honestas. Sẽsus affinis: impediunt certe vel si coi. ẽ nequibis. Hec sociãda vetant cõnubia iunctare tractant. Error. s. persone. Conditio. s. si est seruus. Votuz: sc3 solẽne. Et sunt duo tantuz. s. professio in religione: ⁊ susceptio sacri ordinis. Cognatio. q̄ cõtrahitur in baptismo vel cõfirmatiõe. Crimẽ: nam aliqua crimina sunt que impediunt matrimonium. Cultus disparitas: quia est infidelis. Vis: quia violenter ⁊ per timorem contraxit. Ordo: iam dixi. Ligamen:

quia habet aliã vxorem vel sponsam. Honestas: qr ex sponsalibus de futuro oritur: vt frater non contrahat cũ sponsa fratis. Sensus: qr est stultus. Affinis qr affinitas contrahitur cum consanguineis coniugum. Vel si coire nequibis: quia est impotens. Dicere autem magis explicite per singula esset longũ. Remitto ad sacramentale: qui satis bene diserit de singulis: ꝛ nos viua voce diffusius dicemus in visitationibus: donãte domino. Et hec de matrimonio suficiãt.

¶ De extrema vnctione.

Extrema vnctio est consignatio corporalis cuꝫ oleo infirmorum a sacerdote facta: sub forma verborum in locis determinatis: cũ qua spiritualis ꝛ corporalis sanitas reparatur. Vel scd̃m scotũ est vnctio infirmi hominis facta in partibus determinatis corporis cũ oleo cõsecrato ab ep̃o: ꝛ certis verbis a sacerdote cũ debita itẽtione prolatis. Dicitur aũt extrema vnctio: qr in extremis laborãtibus datur. Materia est oleũ oliuarũ sine balsamo ab ep̃o consecrato: qd̃ dicitur oleũ infirmoruꝫ. Forma sunt verba ꝛ inunctio in locis certis: q̃ simul cuꝫ verbis fit. Verba sunt. Per istã sanctã vnctionẽ ꝛ suã pijssimã misericordiã indulgeat tibi deus quicquid peccasti per visuꝫ: per auditũ. ꝛc̃. Differũt ista verba ab alijs aliozuꝫ sacramẽtoruꝫ. Nã alia sunt indicatiui modi: ista aũt optatiui per moduꝫ orationis. Ratio est quia hijs qui sunt in recessu: optatur salus spũalis. Intẽtio debet esse ex parte vtriusqꝫ. s. dãtis ꝛ rescipentis illud sacramẽtũ. Minister est solus sacerdos: nec alius põt inungere infirmos: iuxta verbuꝫ iacobi apostoli dicẽtis: inducãt presbyteros. ꝛc̃. Debet fieri in certis locis vt diximus. s. in locis deputatis sensibus corporeis. vt in oculis. auribus. naribus. ꝛc̃. Itẽ in lumbis ꝛ pedibus de consuetudine: sed nõ est de substantia. Et notãdum ꝙ manus sacerdotuꝫ infirmoruꝫ non debẽt inungi intus sed extra: propter reuerẽtian episcopi qui primo vnxit:

et qꝛ non est necesse cuȝ iam vncte sint. Datur auteȝ istud sacramentuȝ omnibus non prohibitis: infra annos discretionis: vel circa: si sunt prudentes. qḋ est arbitrarium. Prohibentur autē ab isto sacramēto: stulti: frenetici. ꝛc̄. Nisi ante deuote petiuissent. prohibentur intrantes bellum vel mare: quia in istis nondum deficit virtus corporalis. idem in hijs qui occidūtur a iudice. Semel in vno anno debet dari ꝛ nō pluries quia licet sit sacramentum iterabile non tamen eodem anno. Et si euaserit inunctus: deuet labari: ꝛ locio mittatur in ignem. Si sacerdos ministrans hoc sacramentum moriatur: supleat alter non iterando qḋ factum est. Forma ducēdi ad infirmū habetur in missali. Quattuor facit istud sacramentuȝ dat salutem spiritualem. linit maculas peccatoruȝ. dat salutem corporalem si expedit anime. delet peccata oblita ꝛ venialia. Et hec de sacramēto extreme vnctionis ꝛ cum hijs sit finis nostri libelli. ¶ Laus detur deo.

TEmpus ꝛ res admonēt amantissimi fratres vt iam receptui canamus: longius eniȝ ꝙ credideram euagata est oratio nostra: sed spero opere precium futuruȝ: si ista vos eo animo receperitis: quo a nobis offerūtur. Breuissime siquidē coartata est tota ratio nostre sollicitudinis: q̄ circa sacramētorū administrationē precipue versat̄. Hijs itaqȝ paucissimis cartulis cōtinetur. Unde nemo iā post hac accusare nisi propriā desidiā (immo vero maliciā) potest. qua de re vos afectuose rogo per viscera misericordie iesu xp̄i: vt hijs paucissimis q̄ vobis a me proponūtur: studiose operam detis. ne illud prophete merito audiatis: quia tu scientiā repulisti ꝛ ego repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Doleo enim ex corde neqȝ cōsolari possuȝ nec volo. Cuȝ menti recolo: quot curati quot prelati ob tam parue rei tanꝙ facilis ignoratione: in inferis clauduntur. Ceterū erit aliquis fortasse ex vobis qui sibi sapiētior videatur: ꝛ cur loca ꝛ docto=

res quorum dicta ⁊ doctrinam posuimus non nominauimus et allegationes ad loca ipsa fecimus incusauit: sed aduertatis de posito supercilitio: quod voluimus in hoc parcere prolixitati. Et simpliciores pretterea propter quos maxime ista diseruimus: parum indigent hac curiositate. Fuiesset immo eis molestie ⁊ impedimento: ꝙ nec illas allegationum abbreuiationes legere scissent et qui ista profundius scire cupit: auctores quos in principio nominaui discutiat. Nos enim ita cursim omnia transiuimus vt nihilo magis q̃ breuitati intenti essemus. Valete fratres: et hoc magis laboris q̃ ingenij opusculum (quod vobis spero profuturum) vestris orationibus compensate.

¶ Deo gratias.

¶ Hoc presens opusculum impressum fuit in
regali ciuitate Burgensi: industria ⁊ expen
sis discreti viri Alfonsi de melgar. An=
no a natiuitate domini nostri Je
su christi. Millesimo quin=
gentesimo vigesimo
primo. iij. No.
Januarij.


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm